

4. Ludovici f. Gottfr. / Commenta-
tatio in prophetiam
Ezechielis, Lipsiæ 1720

5. ————— exercitationes
theologicæ de Scrip-
tura anonymi et pseudonymi
in causa Religionis, Lipsiæ
1715

6. ————— de existentia
et operationibus Dæmo-
norum, Lipsiæ 1718

7. Sturm f. Leonhard /
Mathematyſche Beytræge
zum f. a. Bayreuthiſchen
Journ. f. 1719.

8. Döbereiner f. phil.
regiment Bayreuth ſeynd
die Beytræge zum
f. 1770.

9. Jobi, Narratio de dei
providentia. Tremore
1754.

*B. Joñica n. 659. in Lib. aug. de. libel
in q̄t. latini. scriptis.*

9

IOBI DE ALTIS=

SIMA DEI PROVI=
DENTIA ET CHRISTIA=
NAE VITAE MILITIA
narratio & dispu=
tatio.

SEBASTIANO CASTA=
lione interprete.

VNA CVM EIVSDEM
annotationibus.



TREMONTIAE.
Excudebat Albertus Sartorius.
Anno M. D. LIII.

[Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]

[Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]



mi
ta,
den
ent
O
tab
epi
bus
ne t
cog
ani
eba
uen
ctia
Vno
per
Ecq
um,



I O B V S.

CAPVT I.



IR fuit in regione a Husa, nos a. in ea est
mine Iobus, qui uir integer, Idumea,
probus, religiosus, & a malefis ut apparet
cijs abhorrens erat. Huic septē Lam. 4.
filij & filie tres nate sunt. Pec-
cus eius fuit balantum septem
millia, camelorum tria millia, boum iuga quingē-
ta, & asinae quingentae, copiosissimumq; seruitū:
denique fuit is uir omnium locupletissimus Ori-
entalium. Conuenerant autem aliquando eius filij,
& conuiuia alternis diebus suae quisq; domi agi-
tabant, accersitis suis tribus sororibus quae secum
epularentur. Quibus durantibus conuiuiorū die-
bus Iobus eos accersitos lustrabat, & primo ma-
ne totidem hostias, quot erant ipsi, immolabat,
cogitans fieri posse ut sui liberi peccauissent, &
animo maledixissent Deo, atq; ita quotidie facie-
bat Iobus. Accidit autem quodam die ut diui cons-
uenirent, & apud Iouam astant, cum quidem
etiam Satan unā cū eis adesset. Tum Ioua Satani:
Vnde uenis? inquit. Et Satan Iouae respondens: Ex
peragrandae, inquit, obeundaq; terra. Tum Ioua:
Ecquid animaduertisti (inquit Satani) Iobum me-
um, in terris incomparabilem uirum, integrum,

A ij probum

probum, religiosum, & à maleficijs alienum? Hic
 Satan Iouæ respōdens: Quasi uerò gratis, inquit,
 religiosus sit Iobus, quem tu nimirum, eiusq; fami-
 liam & facultates omnes, undique circumuallaue-
 ris, & eius negocia fortunes, ut eius pecus per
 terram propagetur. Sed age, inijce manum, &
 tange quicquid habet, ni tibi palàm maledicet.
 Tum Ioua Satani: En quicquid habet, tibi in ma-
 num permittitur: sic tamen, ut ipsi manum non af-
 feras. Ita abiit ex Iouæ cōspectu Satan. Igitur quo-
 dam die, cum Iobi filij filiaeq; cibum caperent, ui-
 numq; biberēt in domo fratrum natu maximi, ue-
 nit ad Iobum nuncius qui sic ei retulit: Cum ara-
 rent boues, & asinae secundum eos pascerentur,
 irruerunt Sabæi qui eos ceperunt, famulis ferro
 cæsis, me uno elapso, qui id tibi nunciarem. Adhuc
 illo loquente superuenit alius qui ita dixit: Lapsus
 b, fulmen, de cælo b diuinus ignis, et balantes et famulos in-
 censos confecit, me uno elapso qui id tibi nuncia-
 rem. Adhuc loquebatur ille, cum superueniens al-
 lius ita narrat: Chaldæi tripartito camelos adora-
 ti ceperūt, famulis ferro trucidatis, me uno elap-
 so qui te certiozem facerem. Cum adhuc ille uer-
 ba faceret, adest alius qui sic ait: Filij filiaeq; tuæ
 in ædibus sui fratris natu maximi epulabantur, et
 ecce uentus ingens à syluæ tractu profectus in
 quatuor domus angulos impegit, qua in iuuenes
 collapsa,

I O B V S.

collapsa, mortui sunt, uno me elapso qui te facerē
certiorem. Tum Iobus surrexit, et lacerata toga,
tonsoq; capite, procidit humi, Deumq; uenerans
inquit: Nudus ex utero meae matris egressus, nu-
dus eodem reuertar. Ioua dederat, Ioua idem ab-
stulit, Iouae nomini grates agatur. Atq; in his om-
nibus nihil peccauit Iobus, neque quicquam in de-
um ineptē egit.

C A P V T II.

QUODAM autem die cum conuenissent diui,
et apud Iouam astarent, cum quidem etia-
m Satan qui inter eos uenerat, apud Iouam sta-
ret, Ioua Satanē sic interrogauit: Vndenam ades?
Cui Satan respondens: Ex perlustranda, inquit, ac
perambulanda terra. Et Ioua: Et quid animum ad-
uertisti, inquit, ad Iobum meum, cui nemo in ter-
ris par est? uirum integrum, probum, religiosum,
et à maleficijs abstinentem: qui adhuc suā retinet
integritatem, frustra q; mihi tu ut eum perderem
persuasisti. At Satan: a Pellē pro pelle, inquit: et a aliena ui-
ta suam re-
quicquid habet homo, dat pro sua uita. Verum dimere fa-
tange, iniecta manu, eius mēbra atq; corpus, ni ti-
cile est.
bi coram maledicet. Et Ioua Satani: Is tibi in manū
datur, inquit, sed ab eius uita caue. Igitur digres-
sus à Iouae conspectu Satan Iobum à planta pedum
ad uerticem usq; tam diris ulceribus affecit, ut
sumpta testa sese scaberet, idq; sedens in medio
A iij puluere.

b. nōne
deliras qui
Deo gra-
tias agas,
cum is te
mori si-
nat?

pulvere. Atq; eius uxor sic ei dicere: Adhuc tu
perseueras in integritate tua: b age sanè Deo
gratias, & morere. At ille: Insanarum more lo-
queris, inq; ei. scilicet bona acceperimus à Deo,
& mala non accipiemus? Atque in his omnibus ni-
hil peccauit oratione sua Iobus. Cæterum cum au-
diuissent tres Iobi amici quantum ei mali euenis-
sent, conuenerunt diuersis ex locis, Eliphaz The-
manita, Baldadus Suhita, et Sophar Naamathita,
& simul ad eius uicem dolendam, & eum con-
solandum uenerunt. Ac eum procul conspicati
cum non agnouissent, ploratum magna uoce edi-
derunt, & lacerata sua quisq; toga, ac pulvere in
aerem iacto capita conspersi, sederunt apud eum
humi per septem dies, totidemq; noctes, nullo ei
quicquā dicente quippe qui uiderent quanta dor-
loris esset magnitudo.

CAPVT III.

Iere. 20.

DEinde Iobus aperto ore diem suam huius-
modi uerbis loquens execratus est: Percat
meus natalis dies, & nox in qua dictum est geni-
tum esse marem. sit ille dies tenebrosus, nec eum
desuper curet Deus, nec ei splendor affulgeat. Eū
fœdent tenebre, tetraq; nox. Ei nubes incubet,
quæ tanquam acerbissimum diem horrificet. Noc-
tem illam occupet caligo, ne coniungatur cum die-
bus anni, ne in mensium numerum ueniat. O sit
illa

illa nox solitaria, nec cadat in eam ouatus. Eam
 execrentur, qui detestantur dies, Leviathanem
 excire conantes. Caligēt eius diluculi stelle: præ-
 stolata lucem non assequatur, neq; cernat auroræ
 lumina, quæ a meci uentris ostia non obseraue-
 rit, atque ita labores meis non subtraxerit ocu-
 lis. Cur non ab utero mortuus sum? cur non e-
 gressus ex uentre expirauī? Quare genibus ex-
 ceptus? quid suxi ubera? Nunc enim tranquille
 iacerem dormiens, atq; ita demum quietus cum
 orbis regibus atq; arbitris, qui sibi b ruinas ex-
 truxerunt, aut cum principibus qui aurum ha-
 buerunt, qui suas argento referfere domos. Aut
 tanquam latēs abortus nullus essem, sicut infan-
 tes qui lucem non uiderunt. Illic impij seuire de-
 sierunt, illic uiribus fatigati quiescunt, simulq;
 uincti requiescunt, nullam audientes uocem præ-
 fectorum. Illic & infimi sunt & summi, & serui à
 suis liberi dominis. Cur lux ærumnosis, cur ani-
 mo tristibus uita datur? qui mortem expectan-
 tes non assequuntur, cum eam acrius indagent
 quàm pecunias: qui letitia gestientes exultarent,
 si c sepulchrum inuenirēt: hominibus quorū fata
 latēt operta diuinitus. Nam meum cibum meus
 anteuenit gemitus, meaq; fluunt undatim suspi-
 ria. Etenim quod pauebam, euenit mihi: quod
 exhorrescebam, id mihi contigit. Infœlix,

a. uentris
 qui me ge-
 stauit, hoc
 est mater-
 ni.

b. diruta lo-
 ca, ut solent
 diuites.

c. mortem.

A iiij in quies

inquietus, irrequietus, inuasus sum atrociter.

CAPVT IIII.

TVM Eliphaz Themanita uerba fecit in hanc sententiam : Si quid tibi dicere tentemus, forsitan egrè feres, sed orationem cohibere quis possit? Tu quidem multos arguisti, ^a languentesq; manus confirmasti: tu lapsos tuis uerbis erexisti, & labentia corroborasti genua. At nunc ut ad te uentum est succumbis, tactusq; perturbaris. ^b Non mirum ^b tantum religionis, quantum expectationis: quantum spei tantum habebas integritatis morum. Recordare queso ecquis innocens perierit, aut quando probi deleti sint? Quantum uideo, qui crimen & facinus machinantur atq; ferunt, idem metunt, Dei flatu, & iræ spiritu pereuntes atq; confecti. Leonis rugitus, pardi uox, & iuuenum leonum dentes colliduntur: perit inopia prædæ leo, leonarumq; catuli profligantur. Mihi quidem clanculum patefacta res est, & de ea non nihil auribus accepi inter nocturnorum uisorum imaginationes, cū solet inuadere sopor homines. Accidit mihi pavor tremorq; tantus, ut quantum est artuum meorum attonitos reddiderit, & præter meum conspectum transiens spiritus mei corporis pilos horrificauit. Stetit ob oculos meos ignota mihi species imaginis tacite, & huiusmodi uocē audis.

^{1. Pet. 2. vi.} Scilicet Deo & creatore suo innocentior erit
& pur

^a afflicto.

^b, non Dei, sed tui amore, & bonorum spe religiosus eras.

Et purior mortalis homo? Ille ne suis quidem seruis credit, et genios suos temeritatis insimulat, quo magis cretacearum domorum incolas, humi fundatarum, qui à tinea comminuuntur, qui à mane ad uesperum contusi, et neglecti perpetuo pereunt, scilicet abeunte qua præditi sunt excellentia, eis insipienter morientibus.

c. breuis tempore.
d. indefensio ut paulo post dicitur.

C A P V T V.

Vociferare sanè si quis te exaudiat, et in sanctorum aliquem intueri. Nam stultos et simplices perimit occiditque, a seueritas ac uehementia. Equidem b uidi radicatum stultum, cuius mansionem repente detestatus sum. Cuius nati defensione caruerunt, et in senatu nullo tutante oppressi sunt. Cuius messem comederunt famelici, et ex spinis rapuerunt: cuiusque facultates exhaurerunt sitibundi. c Nō enim ex humo prodit pœna, non germinat ex terra ærumna. Tam enim nascitur homo ad ærumnam, quam stricturæ naturaliter in sublimi uolant. Verū ego Deum quererem, ei que meum proponerē negotiū, qui magna et inexplicabilia, qui mira et quidē innumerabilia facit, qui pluuiam per terras præbet, qui aquā per uicos immittit. Qui collocat humiles in sublimi, ita ut pullati ad salutē crepant. Qui astutorū cogitata ita rescindit, ut conata non perficiant. Qui sapientes capit in ipsorum calliditate, uersu-

a. scilicet Dei.
b. uidi flores stultos: qui paulo post execrandum in modum deliti sunt.
c. quod pœnas dāt improbi, id nō ab ulla re terrestri perficitur, sed à Deo, qui efficit ut tā propriū sit improborū ærumnosos esse, quam naturale est stricturis in sublimi ferri.

A V torum 2. Cor. 3.

torum consilium reddendo temerarium, ita ut inter diu tenebris occurrant, & tanquam noctu palpent in meridie. Qui idem pauperes ex potentium oris ense atque manu uindicat, estq; te-
Iacob 2. nuibus spes compefcens os nequitie. Beatus quidē homo quem Deus castigat: neque tu omnipotentis emendationem repudiaueris. Nam idem & cruciat & medicatur, uulnerat & suis manibus sanat. Is te in sex septēmie periculis ita tuebitur ut te malum non attingat. In fame te asseret à morte, & in bello ab armorum iniuria. Linguae uera uera euades, nec uenientem timebis perniciem. Perniciem famemq; ridebis, neq; terrestres feras timebis. Quin tibi foedus cum terrestribus intercedet lapidibus, agrestesq; feras pacatas habebis, sentiesq; pacatum tuum tabernaculum, & habitationem tuam curabis impunè. Senties & prolem posterosq; tuos terrestribus herbis numerosiores. Peruenies æui maturus in sepulchrum, sicut aufertur suo tēpore seges. Ecce quod à uobis conquistum sic habet: tu id audi atq; cognosce.

CAPVT VI.

Tvm Iobus respondens, sic fatetur: Vtinā mea impatientia cum mea miseria in eadem collocata trutina ponderetur: iam enim esset hæc marina grauior arena, adeò ut me uerba deficiant.

eiant. Nam Omnipotentis sagittæ in me sunt, quarum
uirtus meum spiritum haurit, colluctante me cum
Dei terroribus, Nunquid rudit onager apud her-
bam? aut mugit apposita farragine bos? nunquid
comeduntur insipida sine sale? aut est in albo oui
sapor? Quæ ego tangere renuebam, ea mihi pro
uictu satis essent. Utinam eueniat quod postulo,
concedatq; Deus quod aueo, & me uelit obtere-
re, ac laxata manu conficere. Id mihi etiam solas-
tio foret, gauderemq; in dolore, illo nihil parcens-
te, tantum abest ut Augusti uerba renuam. Quod
est meum robur ut durem? aut quis finis ut animo
perpetiar? Num mihi saxæum robur, aut æneum
corpus est? nunquid ipse mihi desum, & tamen ni-
hil proficio. Afflicti, quibus ab amicis bene fit, tæ-
men Omnipotentis metum deserunt. Mei fratres
fallunt ut torrens, ut transiens per alueum tor-
rens glacie infuscatus, & sub niue latens, qui quæ-
docunq; calefcit soluitur, & per æstum suo facefc-
sit ex loco. Qui suum rimantur iter uiatores in-
cassum uenerunt, & pereunt, cum uiam ad The-
mam spectauissent, aut in Sabã sperauissent iter.
Pudet eos confidisse, & uerecundantur qui uene-
runt ad torrentem. Iam tales estis mihi uos, qui
uisa calamitate mea reformidatis. Quasi uerò
postulem ut mihi conferatis, & pro uiribus ue-
stris largiamini, meq; ex rebus aduersis eripiatis

& ex

Et ex feroci manu uindicetis. Edocete me et tacebo, ac mihi quid errauerim ostendite. Quam ualida sunt rectè dicta? ecquid coarguit qui uestrum arguit? Vósne arguendi causa orationem cogitatis, et in aurem uerba nefaria? Imò pupillū inuaditis, et uestrum subruitis amicum. Quocirca audete in me intueri, utrum uestro in conspectu mentiar. ^a Iterate sanè, ne sit iniquitas: iterate an maneat adhuc innocentia mea, an sit in lingua mea iniquitas, aut ^b meum palatum nequitiam non percipiat.

a. iterū disputate, ne iniquū uideatur, si uobis non fiat redarguendi mei potestas.

b. non sententiā me nequiter uerba facere.

a. singulæ transiguntur.

b. saltē hanc uitam, alioqui breuissimā, adeo uexare non li.
c. scilicet nunc.

C A P V T VII.

Habet sane certum spacium in terris homo, suntq; dies eius similes dierum mercenarij. Ut anhelat umbram seruus, utq; sperat mercedem suam mercenarius, sic ego menses habeo calamitosos, et mihi laboriosæ numerantur noctes. Si decumbo, cogito quando sim surrecturus, et metienda nocte sera iactationibus exatio usq; ad diluculum. Corpus habeo pure et terreis obsitum sordibus, pellē ulceratam atq; spurcam. Aeuum meū trama celerius sine ulla spe consumitur. ^b Memento uitam meam esse uentum, neq; rursus meos oculos uisuros esse bona. Non iā me spectabunt oculi cernentium: uix oculos in me coniecero, cum ego periero. Ut consumpta nubes abit, sic qui descendit in Orcum non ascendit.

dit. Non deinceps domum suam repetit, nec cum
 suus amplius agnoscit locus. Igitur ego meum os
 non continebo, quo minus in animi mei & mentis
 angore ac mœrore loquar atque querar. Nū pe-
 lagus ego sum? aut cetus? ut tu mihi custodiam ad-
 hibeas? Quod si cogito fore ut me meus lectulus
 consoletur, ut meam leuet querimoniam meum
 cubile, tu me perterres insomnijs, spectrisq; per-
 turbas, adeò ut meus animus suspendium malit &
 mortem, quàm meos artus. ^d Nolo uiuere perpe-
 tuò; missum me fac, cum tam sit inanis ætas mea.
 Quid est homo ut eum tanti facias, eius ut ratio-
 nem habeas? eumq; quotidie cures, & per singu-
 la momenta explores? Quamdiu me non omittes,
 non laxabis? dum meam glutiam saluam. Pecca-
 uerim, ^e quid tibi faciam homines obseruati? cur
 me ^f tibi contrariū fecisti, ut ipse & mihi sim one-
 ri? aut cur non peccatum meum tollis, & crimen
 aboles, ^h qui cum iam humi iacebo, si me uigilan-
 ter conquiras, nusquam ero.

C A P V T VIII.

Tvm Baldadus Subita respondit in hæc uer-
 ba: Quousq; talia loquere, & uehementis
 spiritus oratione utere? Scilicet ius æquūq; per-
 uertet omnipotens Deus? Si tui liberi peccarunt
 in eum, ideoq; eos suo ipsorum peccato addixit, si
 tu Deo inuigilaueris, & Omnipotenti supplica-
 ueris,

d. non eter-
 nam uitam
 abs te, peto
 tantum po-
 stulo ut hoc
 tam inane
 eum saltē
 integrū mi-
 hi reliquas.
 e. non pos-
 sum tibi sa-
 tisfacere,
 qui hominū
 peccata ob-
 seruas.
 f. fontem.
 g. meo pec-
 cato mihi
 noceam.
 h. nisi mihi
 in hac uita
 bene facias,
 & cōdones,
 nō erit post
 mortem lo-
 cus.

a. tuum qui
iustus es.

e. nuper
nati.

d. ut iuncus
non nisi in
uligine cres-
cit, & citò
aret, sic im-
pius nec ni-
si reb⁹ pro-
speris uiget,
& citò pe-
rit.

Psal. 144.
e. aranei.

f. ut arbor
etiam inter
saxa emer-
git & excisa
renascit, sic
uir pius &
aduersis ui-
get reb. &
afflictis re-
creatur, fitq;
prestator.
g. iuuat.
h. si fueris
integer,

ueris, siquidem purus probusq; es, nã ille iam tua
causa permotus a tuæ innocentie domiciliũ beas
bit, adeò ut fuerit tui prior conditio tenuis præ-
ut posterior amplificabitur. Sciscitare enim pris-
cum æuum, & sedulò scrutare maiores (nam nos
quidem e hesterni sumus, & ignari, quippe cum
nostra in terris ætas sit umbra) nimirum illi te
docebunt, & animo dictante huiusmodi uerbis al-
loquentur. d Nequaquam adolescit scirptus absq;
uligine, non sine humore crescit carex, & adhuc
in uirore suo, etiamsi non carpatur, tamen ante
ceteras omnes arefcit herbas. Talis est omnium
Dei immemorum conditio, peritq; simulatoris
spes, cuius fiducia fragilis, cuius confidentia dor-
mus est aranei, cui e domui si quis innitatur, non
stat: si quis eamprehendat, non consistit. f Nos
uella arbor exposita soli ad eius splendorem suos
emittit ramos, & implexas in tumulo radices has-
bens, existit inter lapides. Quod si ex suo eruas-
tur loco, adeò ut ibi nulla eius extent uestigia, hoc
ipsum eius nature uoluptas est, atque ex humo
pullulant aliæ. Deus quidem nec integros repudi-
at, nec malos & manuprehendit, quin h tibi os &
labra risu hilariq; clamore repleat, quin inimici
tui pudore circũfundantur, & impiorum taber-
naculum pereat.

C A P V T I X.

ET Ios

I O B U S .

ET Iobus respondens: Profectō, inquit, scio
 ita rem habere, nec posse insontem esse ho-
 minem apud Deum, cū quo si uelit cōtende-
 re, a nō respondebit ei uel ad millesimam partē.
 Est mente sagax, uiribus pollens, quis ei se saluus
 opposuit? Qui montes ex improviso transfert,
 eos iratus euertens. Terram ex sua sede cōuellit,
 concussis eius colūnis. Eo iubente nō oritur Phœ-
 bus, sidera obsignat. Solus exporrexit cœlum, &
 maris alta peruadit, Fecit Arcturum, Orionem,
 Vergilias, & Austri penetralia. Magna & incō-
 prehensibilia, mira facit & innumera. Qui etiā si
 me prætereat, non uidebo: si transeat, non cū ani-
 maduertam. Si rapiat, quis eum impediet? quis ab
 eo quid agat quæret? Dei irreuocabilis ira est,
 ei succumbunt conspirati superbi, nedum ut ego
 cum eo disceptem, selectis utens uerbis apud
 eum. Qui siue innocens essem, non tamen respon-
 derem: si iudici meo supplicarem, tametsi
 inuocantē me exaudiret, non crederem eum me
 am percepissē uocem. Quod si me tempestate
 labefactaret, & multis uulnerib. afficeret imme-
 ritō, non sineret respirare me, quem acerbita-
 tibus oppleuisset. Si uiribus agatur, inuictus est:
 si iure, quis me submonebit? si innocens ero,
 meum me damnabit os, & quamuis inculpatum
 peruertet. Integer sum, me ipsum ignorabo,
 meam

a. obruetur
 argumentis
 homo, ad
 quorū mil-
 lesimā par-
 tem nō po-
 terit respō-
 dere.

b. si nocēs
 esse ut sup-
 plicandum
 esset.

c. sibi respō-
 dere, ne ei

iniustitiam
 coarguerē.

d. meā cau-
 sam deterio-
 rem reddā,

& illius elo-
 quētia uictō

me ipsum
 dānare co-

gar, quāuis

innocētē.

n tua
 beas
 præ
 pris
 nos
 cum
 lli te
 s al
 absq;
 bhuc
 ante
 uium
 oris
 do
 non
 Nos
 suos
 has
 uas
 hoc
 mo
 idis
 &
 uici
 ers
 Ios

meamq; damnabo uitam. In summa sic statuo, ille integros aquæ ac fontes conficit. Si uerberando confestim interfecerit, deridebit innocentum pericula. Terra impiorum manibus est tradita, cuius gubernatorum personas ipse protegit. Quod si non ita est, e ubinam est ipse? Mea quidem ætas cursore uelocior fugit, neq; bonis fruitur: præterit ceu rapidæ naues, ut escam inuolat aquila. Si statuo meam querimoniam obliuisci, & memet omiffa tristitia colligere, reformido f meos tot labores, sciens me abs te nõ impunè laturum. Ero g si quid cū ego g nocens, cur tandem frustra laborem? Etia lousa disputem, damnabor, licet innocens. h me adeo fædum disputado reddes, ut uel meis uestimentis fæteam. a. dum me ita uexat.

nam a sic quidem non sum apud me,

C A P V T X.

TAedet animum meum uitæ meæ, permittã mihi querimoniam, & animo egro loquens sic Deum alloquar: Noli me condemnare: ostende mihi quam ob causam mecum' certes. Hoc cime tibi placet, manuum tuarum laborem opprimere

ac repudiare, & impiorum illustrare consilium.
 Tunc corporeos habes oculos, aut humano more
 uides? est ne tuum æuum humano simile, aut anni
 tui qualis est ætas hominum, ut in meum crimen
 & peccatum inquiras ac animaduertas? cum scias
 me non esse fontem, nec sit qui contra tuam man-
 num defendat. Tuæ me manus elaborarunt, ac si-
 mul undiq; fecerunt, & me perdes? Recordare
 queso ut tu me argillæ modo feceris, et me in pul-
 uerem rediges? Tu me nimirum lactis in morem
 fudisti, & casei ritu coagulasti, cute & carne in-
 duisti, ossibus & neruis compegisti, uita affecisti
 ac beneficijs, idemq; mihi tua cura seruas spiritum.
 Atq; hæc habes in animo condita, scio hoc esse pe-
 nes te. An si peccaui, tu me obseruabis, neq; meum
 crimen mihi impune esse sines? si sum nocens, heu
 me miserum: si innocens, non attollam caput, de-
 spicatione satur, & ecce meam miseriam, quem tu
 pardi more gliscens uenaris, & iterato mirificè
 tractas, instaurans a tuos testes contra me, et tu
 am aduersum me seuitiã augens, ita ut mihi b per
 uices belladum sit. Cur me autem ex utero edux-
 isti? expirassem, nulli uisus oculo: essem perinde
 ac si non fuisset, ex utero elatus in sepulchrum.
 Cum sit ætas mea breuis, desinat ille, omittat me,
 ut me paulisper recipiam, prius quàm non reditu-
 rus discedam in tenebricosam tetraeq; noctis ter-

a. Dei testes
 uocat suos
 amicos, a
 quibus tan-
 quam testi-
 bus argue-
 batur.
 b. modò cū
 hoc, modò
 cum illo de-
 certandum.

B ram,

e. quæ pro
splendore
caliginē ha-
bet.

ram, in obscuram nempe mortiferae caliginis & umbræ terram inordinatam, c cuius splendor idem est atq; caligo.

CAPVT XI.

a. grauius
meruisti
supplicium.

b. natura
fit excors

Tum Sophar Naamathita orationem excepit in hanc sententiã: Nihilne uerboſo contradicendum erit? aut homo loquax erit innocens? Tibi tacebunt mortales, nec te nugantem quiscquam confutabit, & tuam orationem mundam esse se dices, teq; purum esse in illius conspectu. O utiam loquatur Deus, & tecum uerba faciat, ac tibi patefaciat arcana sapientie. Nam a merito duplum esset, ut intelligas Deum tibi de tua culpa remittere. Tunc Dei intima peruestiges, aut ipsam adeo perfectionem Omnipotentis inuenias? que cum coelum altitudine adæquet, quid ages? cum sit Orco profundior: quid intelliges? cum sit eius modus & terra longior, & mari latior. Si euertet, si concludet, si congregabit, quis eum impediet? Nouit enim mortalium uanitatem, uitiositatemq; uidet, & aget inconsideratè? cum homo sit inaniter cordatus, cum homo b nascatur onagri pullus. Quod si tu composita mente manus ad eum tetenderis, si uitiositatem, qua præditus es, remoueris, ita ut non habitet in tuis tabernaculis nequitia, ita quidem fiet ut uultum intemeratus attollas, fixus ac intrepidus, ita tu labore

borem obliuiscêris, cum non aliter recordaturus
quàm præterlapsam aquam. Ac surget euum me- Leuit. 26.
ridie clarius: tu matutini similis splendebis, &
spe tutus ages, & cum foderis tuto quiesces, &
cubabis imperterritus, tibiq; multi supplices erunt
cum interea impij tabescentib. oculis effugium
amittent, eritq; spes eorum anxietas animi.

C A P V T XII.

Hic Iobus: Ne uos uiri estis, inquit, & a uo- a. foli sapi-
biscum morietur sapiëntia. Et mihi cor est tis.
sicut & uobis: nihilo sum ego uobis inferior. nam
talia quidem quis non possit? Is ero qui sit alijs de-
risui, Deum inuocans ut se exaudiat, eum cum de- Prouer. 14:
risui sint insontes & integri. b. ut facem
tur quiescenti, gressibus destinata pedum. Fortu- non curat
nata habent tabernacula prædones, suntq; in tuto qui nõ am-
qui Deum laceffunt, quibus Deus affert sua ipsius bulat, q; ea
manu. Sed interroga queso belluas, aut cœlestes ambulati,
uolucres, quæ te erudiant, ac tibi rem exponant: nõ quiescētī
aut colloquere cum terra quæ te erudiat, tibiq; usui est: ita
rem pisces enarrent aquatiles. Quis nescit ista uos, qui ua-
omnia Iouæ manu esse facta? cuius in manu omni- letis facile
um uicentium anima, omniumq; humanorum cor- meū malū
porum spiritus est. c. uestrū est,
orationem, & palatum gustat cibos. In ueteribus q; senes estis
est sapientia, & longi eui propria est prudentia. de meo ser-
palati est decibi sapore. Vide idem cap. 34. mone iudi-
d. Deū. care, sicut
Esa 22. Apo ca. 3.

B ij Penes

d Deum. 20

Eia. 22.

Apoc 3.

e. imperiū.

I O B V S.

Penes d illū sapientia est atq; fortitudo : eiusdem
est consilium atq; prudentia . Si quid demolitur,
id non instauratur : si hominem concludit, non sol-
uitur . Si cohibet aquam, arefcit : si laxat, ea ter-
ram euertit . Penes eum est potentia atq; ratio :
eius sunt & decepti et deceptores . Consultos abig-
git mancipia, et p̄sides infatuat . Regum e mas-
gisterium dissoluit, & eorum latera baltheo cons-
stringit . Abigit sacerdotes mancipia, & robustos
euertit . Eripit assiduis orationem, sensumq; senis-
bus aufert . Aspergit contemptu primates, soluitq;
neruos potentum . Abstrusa profert ex tenebris,
atramq; noctem educit in lucem . Gentes & ama-
plificat & perdit, gentes & dissipat & cogit .
Mentem adimit p̄cipuis hominum orbis terræ,
facitq; ut per deuias errent solitudines, & pal-
pantes sine luce tenebras, errent ebriorum ritu.

C A P V T XIII.

HAcc quidem omnia et oculis uidi, et auris
bus audiui atque percepī, ut intelligitis
uos, intelligo et ego, nihilo uobis inferior . Sed ego
cum Omnipotentē, sed cum Deo loqui ac argu-
mentari cuperem . Nam uos quidem falsi concina-
natores, uos omnes inepti medici estis : atque uti-
nam tacuissetis, id uobis sapientiæ fuisset . Audite
uerò argumentationem meam, et orationis meæ
contentiones attendite . Vosne de Deo iniquè, uos
malis

malitiosè loqui? Vósne eius personæ rationem habere? An cum Deo cōcertabitis? An bene erit, si uos examinauerit? aut quomodo circumueniuntur homines, sic uos illum circumuenietis? Castigabit uos si^a furtim personarū rationē habueritis. Nisi mirū perturbabit uos eius dignitas, eius formidine percussos, ^b eritq; uestri memoria pulueri similis, & uestra corpora cretacea corpora. Præstate mihi silentium, & loquar ipse, dum leuer aliquantulum. Cur meum ipse corpus tollo dentibus, & uitæ meæ periculum sustineo? Me licet ille interimat, tamen eum suspiciam, ac coram eo defendam meos mores: ipse quoq; mihi saluti erit, quippe ^c cum in eius conspectum non ueniant simulators. Audite mea dicta, & rationem auribus attendite. Dummodo ego causam agam, scio me insontem fore: sed si ille mecum experiatur, iam ego exanimatus tacebo. ^d Tantum duo mihi ne facito, ita demum tuum conspectum non subterfugiam. Manum tuam à me abstine, neue me tui terrore perturba: deinde appella, & ego respondebo: aut ipse loquar, & tu mihi respondeo. Quot sunt mea crimina aut peccata? ostende mihi mea commissa atque delicta. Cur tuum uultum abdis, & me pro inimico habes? An in mobile folium seuias, aridamq; persequere stipulā? ut aduersum me ^e tam acerba perscribas, & iuuentutis

a. ipsum in iuste defende-
deritis, ut fa-
citis
b. cito peribitis & funditus.

c. cū admittat non dimutatores, sed mei similes bonos.

d. Deum alio loquitur.

e. omnia mea commissa crimine, quæ ea ex libro acrio recites.

B iij

mee

mea uita in crimen uoces, ac pedibus meis in cō-
pedes cōpactis, meas omnes scimitas obserues, me-
orum pedum uestigia definiens: cum alioqui quasi
putre quiddam exolescā, ueluti pannus quem tis-
nea corrodit.

CAP V T X I I I I.

Homo muliere natus tam breuis eui, tam ple-
nus est miseria: q̄ ceu flos exortus carpitur, ac
uelut umbra fugit, neq; durat, & tamen ^a in hunc
oculos habes apertos, & me in iudicium contra te
adducis? Qui purū ex impuro efficiat, nullus est.
Si determinata est eius etas, si eius mensium nu-
merus penes te est, si ei terminum statuisti quem
non prætereat, omitte eū ut ^b defungatur, donec
delectetur quasi mercenarius sua die. Arbori quis-
dem spes est, si excindatur, regerminaturam, ne-
que deficiunt eius rami. Si in terra consenuit eius
radix, & humi mortuus est caudex, humoris afa-
satu repullulat, agitq; plantarum more frutices.
At homo morte debilitatus ac extinctus ubi est?
^c Effluit ex lacu aqua, & exiccatus aret fluuius:
itē homines occubant non resurrecturi, donec nō
sit cœlum, nec ex suo somno expergefaciendi aut
excitandi. Utinam me in Orco abditum occultes
donec tua sedetur ira, & mihi terminum defini-
as quo mei sis recordaturus. Si futurū est ut mor-
tuus homo resurgat, equidē toto mei spacij tem-
pore

a. hūctanti
esse putas
ut cum eo
litigare di-
gneris.
Psal. 51.

b. iustū qui
cursum p̄fi-
ciat, donec
suo tēpore
lētus obeat.

c. ut aqua
sic homines
pereunt.

pore expectabo dum mei mutatio ueniat, cum
 quidem tu operis manuum tuarum cupidus uo-
 cabis, & ego tibi respondebo. At nūc meos gres-
 sus numeras, & non obseruans tu quidem meum ^{d. non meo}
 peccatum, sed meo delicto in fasce concluso, mihi ^{merito.}
 crimen affingens. Cūq; labefacti cadant montes,
 et rupes ex suo loco tollantur, cū lapides exerat
 aqua, alluentibus eius undis humum terre, tu spē
 hominis præcidisti, eum perpetuò ita domans, ut
 exolescente eius facie, te eū dimittente, discedat:
 nec augendine sint, an minuendi sui nati, sciat aut
 perspiciat. Tātum & corpore, quo præditus est,
 dolet, & animo luget.

CAPVT XV.

AD hæc Eliphaz Themanita sic subiicit:
 Est ne sapientis uetosa respondere scientia,
 & Euro plenū habere pectus, argumentando
 oratione non profutura, & uerbis quib. nihil ad
 iuuetur? Tu quidem religionem soluis, & sollicitu-
 tudinem aduersus Deum expellis. Nam tuo ipsius
 ore tuū crimen doces, callida lingua utens. Ipsa
 tuum os te damnabit, non ego: tuaq; labra te accu-
 sabunt. Hominū uic tu primus natus es, & ante
 colles formatus? An diuini auditor arcani sapien-
 tiam ad te allicuisti? Quid scis tu quod nesciamus
 nos? quid perspectum habes tu, quod ignore-
 mus nos? Et canus & senex est in nobis, natu-

B iiij grandior

a. nostra,
qui te diui-
nicus sola-
mur.

b maiorib⁹,
videlicet Is-
raelitis.

c. formidat.

grandior tuo patre. An tibi^a diuina so-
atia parui sunt, eamq; rem parui-
facis? Adeone mente captus
& supercilij uibrantis es, ut spiritum iustum in
Deum conuertas, & isto ore depromas orationem?
Quid est homo ut purus sit? ut sit insons muliere
natus? Ille uero ne sanctis quidem suis fidem ha-
bet, nec coelum ipsum eius iudicio purum est: ne-
dum abominandus & spurcus homo, qui nequi-
tiam effuse imbibit, Explicabo tibi, audi me, &
quae perspexerim enarrabo, quae quidem sapien-
tes prodiderunt, & de maioribus suis non celarunt,
uidelicet^b illis unis traditam esse terram, nullis
inter eos traiectis peregrinis. Impius quidem tor-
quetur perpetuo, ferocemq; latet annorum nu-
merus. Eius aures circumsonat terrorum uox: cum
in pace uastatio inuadit. Non credit euasurum se
tenebras, & arma^c speculatur. Errabundus uic-
tum quaerit: scit sibi ad manum paratam esse te-
nebricosam diem. Eum percellunt angustiae atq;
pericula, cum subigentia quasi quidam in aciem
instructus rex. Quoniamq; manum intendit ad-
uersus Deum, contraq; Omnipotentem nititur,
ille ei in collum incurrit per densissima eius cly-
peorum terga. Et quamuis obductam pinguedine
faciem, & obesa latera habeat, deletasq; urbes &
incultas domos habitet, quae fuerant in tumulos
reductae, non tamen ditescet, neq; stabiles habe-
bit

bit opes, nec herētes in terra facultates. Non de-
clinabit tenebras: eius rami flāma arefacti ^d illius d. Dei.
oris flatu abripiuntur. Instabilis est temerē errās
adeo temerē fit eius mutatio. Immatura die absu-
mitur, eiusq; surculi non uirent. Immaturā, ut uis-
tis, extrudit uuā, & suos oliuæ ritu flores abijcit.
Nam simulatorum caterua sterilefcit, & numaria
consumit ignis tabernacula. Facinore prægnātes
pariunt crimen, & fraudes pectore concinnant.

Esa. 59.

Psal. 7.

C A P V T X V I.

AT Iobus contra: Istiusmodi multa audiui,
inquit: molesti consolatores estis omnes.
Ecquis erit uentose finis orationis? aut quid te cō-
tra loqui cogit: ^a Ego quoq; loquerer non minus
quam uos, si mea conditione essetis: communicarē
uerba uobiscum, & ^b in uos caput quassarem, uos
hoc ore confirmans, & oratione mea subleuans.
Siue loquar, non mitigatur dolor meus: siue non
loquar, nihil mihi decedit. Iā uerò ille me fatigat,
depopulatus omnes meas ^c copias, meq; corruga-
uit, quod sit testimonio, extante in me mea maci-
lētia quæ in meo uultu ^d loquatur. Ille rapida ira
mihi, dentibus in me frendens, aduersatur, meus
aduersarius in me suos acuit oculos. ^e Hi faucibus
in me hiantes mihi colaphos fœdè impingūt, ^f se-
se in me simul explentes. Addixit me Deus insu-
nis, & in impiorū manus impēgit: me, cum for-
tuna

a. facile cū
ualemus, &
grotis con-
silia damus.
b. uos gra-
uiter allo-
querer.

c. liberos &
pecora.

d. meū ma-
lum testef.

e. amici mei
in me suis
immites.

f. meū agē-
tes quā
possunt cru-
dentissime, &
suam iram
exaturātes.

A V tuna

tunatus essem, contudit, & ceruice prehensum
persregit, ac sibi pro scopo constituit, & mihi suis
sagittarijs circumsepto renes transadigere non para-
sit, meum sel humi profundens. Me cladibus alijs su-
per alias profligauit, in me militariter incurrēs.

g. caput.

Ego sacco meam pellē insui, meumq; & cornu terra
cooperui. Vultū habeo præ ploratu squalentē, &
operta atra nocte lumina, cum tamē intemeratas

h. pateant si
quas fecerit
des aut inu-
rias, nec me
Deus audiat,
si taci, hoc
est, ego sum
innocens.

i. lachry-
ment.

h. uenit mi-
hi fatalis
dies, qua tū
in Deo tumā
uobis op-
pressus mo-
riar.

n. quorū pe-
culātia mi-
hi uersatur
in oculis.

b. assentari
nolo.

manus habeam, & puris utar precibus. ^h Terra
ne tege meum cruorē, neue mee sit locus quæri-
monie. Iam uerō cum in cœlo testem, in sublimi con-
scium habeā, disceptatores mei sunt mei famili-
ares, cum mei ad Deū ⁱ stillent oculi. Ita sit ut idē
mortalis & homine natus & cū Deo disputet &
cū hominibus, quandoquidē ^k numerati uenerūt
anni, quibus uiam mihi uon relegendam ingrediar.

C A P V T X V I I.

Deficit me spiritus, cogitur ætas mea, instat
mihi sepulchrum. Quid quod proterui
sunt apud me, ^a quorum in petulātia mei uersan-
tur oculi? Depone sanē, fac mecum sponsonem,
quis erit qui mihi manum det? nam horum quidem
mentibus tu ingenium subtraxisti: ideoq; non le-
ges eos. ^b Qui assentatoriē loquitur alijs. huius
natorum oculi consumantur. Ille me redegit eō
ut uulgi fabula sim, & publicum ostentum, adeo
ut mihi præ tædio caligent oculi, & artus omnes
habeant

habeam umbræ similes. ^c Animaduertentes hoc ^{c. Ironia}
 probi & insones, se credo aduersum simulatores
 excitabunt, tenebuntq; iusti suam uitæ uiam: &
 qui puras habent manus, firmitatem acquirent.
 Ceterum uos omnes iterum adeste, & nullum in
 uobis sapientem reperiam. Actas mea præterit.
 irritis meis conatibus: animi mei sollicitudines
 d ex nocte diem faciunt, propinquiore propter
 tenebras luce. Si spero, Orcus mea domus est, in
 tenebris meum lectum sterno, ^e interitum patrē,
 putredinem matrem appello ac sororem. Vbitā
 dē est spes mea, & meam spem quis perspiciat? In
 Orci claustra descendet, ^f simulac humi quietum
 fuerit.

C A P V T X V I I I.

T Vm respondens Baldadus Subita: Quem tan-
 dem loquendi finem facietis? inquit: intelligi-
 te, deinde loquemur. Cur pro beluis habemur,
 sordētes uestro iudicio? Qui te ipsum crucias iras-
 tus, an tua causa deferetur orbis, & rupes ex sua
 migrabūt loco? Atqui impij lux extinguatur, nec
 eius ignis flamma splendet. Caligat in eius taber-
 naculo lux, et quod habet lumen extinguatur. Ar-
 etantur eius uiriles gressus, eumq; suum deijcis
 consilium. Infert enim in rete pedes, super macu-
 lis gradiens. Capit eius calcem laqueus, corripi-
 tur auidē. Ei pedica humi, decipula ad uiam latet.

Eura

d faciunt ut
 noctu uigi-
 lem tanquā
 interdiu, &
 lucē citius
 habeam,
 hoc est oculo
 los habeam
 apertos &
 infomes
 propter res
 aduersas.
 e. mihi cum
 morte res
 est.
 f. peribit

Eum undiq; percellunt formidines, eiusq; pedes
implicant. Famelicæ habet vires, eiq; periculum
ad latus præstò est. Consumit eius cutis toros, cõ-

a. acerbissi-
mum leti-
genus, uide-
licet fame-
b. ad mortē,
quæ est for-
midolosissi-
ma.
c. alienus.

sumit eius artus^a primaria mors. Auellitur ex
eius tabernaculo ipsius fiducia, & ipse^b ad fora-
midium regem abducitur. Habitat in eius taber-
naculo^c nō suus, qui eius domicilium sulphure cõ-
spergat. Eius & infernè radices arēt, & supernè
amputantur rami. Eius memoria perit ex terris,
nec habet in foro nomen. Pellitur ex luce in tene-
bras, & ex orbe exigitur. Non filiū habet, nō ne-
potem inter populares suos, nec superstes est ullus
in eius habitatiōe. Eius fatali die et posteri stupēt,
et^d maiores corripuntur horrore. Atq; hæc sunt
improbiorū^e sedes, hic locus est^f ignorantis Deū.

d. qui eo
moriēte ui-
uunt, qui q-
dē iunt po-
steriorū ma-
iores.

e. conditio.
f. contemp-
toris Dei.

C A P V T X I X.

AD hæc respondēs Iobus: Quousque meum
animum fatigabitis? inquit, & me uerbis
uexabitis? Iam decies me pudore afficitis, nec uos
pudet opprimere me. Quod si re ipsa errauissem,
& hereret in me meus error: si merito in me in-
ueheremini, & me probri coargueretis, tamen
scitote^a mihi Deum iniuriam facere, qui me ita
sua cingat indagine. Si crudelitatem conqueror,
non exaudior, neq; clamans ius obtineo. Mihi
semitam obsep̄it ne transeā, meosq; calles offudit
tenebris: me spoliauit mea gloria, & capitis cor-
rona,

a. me gra-
uius punire
quam dignū
sunt.

rona priuauit. Me undique ita conuulsit ut disces-
dam, & spe tanquam arborem priuauit: & in me
ira ardens, me hostium loco habuit. Me simul in-
uaserunt eius agmina, & facta contra me expedie-
tione mecum tabernaculū circumfoderunt undiq̄.
Meos fratres à me remouit, meiq̄ familiares etiā
sunt à me alieni. Mihi desunt propinq̄, meiq̄ ne-
cessarij mei sunt obliti. Meæ domus inquilini atq̄
ancillæ me pro alieno ducunt, & extraneum ius
dicant. Meus seruus me uocantem non audit, cum
ei hoc ore supplicem. Meum halitum auersatur
uxor mea, ^b meiq̄ uentris filijs sum supplex.
Stulti quoque me despiciunt, & assurgenti oblo-
quuntur. Me abominantur omnes mei mortales
intimi, & quos amauit sunt mihi contrarij. Meæ
pelli atque carni adherent ossa mea, ita ut super-
sim cum dentium meorum pelle. Misere mini uei,
misere mini mei, uos amici mei, quoniam Dei ma-
nus me tangit. Cur me uos insectamini ut Deus?
e carne mea insatiabiles? Quod utinā scribantur
mea dicta, utinam in libro exarentur, ferreo plu-
beoq̄ stylo in perpetuum insculpta saxo. Equidē
scio uindicem meū uiuere, & postremo ^d in ter-
ram surrecturum esse, & postea ^e hoc ipsum cir-
cundatum iri mea cute, & me ex meo corpore
uisurum esse Deum, quem quidē ego ipse uisurus
sum, & meis ipsius, non alterius oculis aspectu-

b. eis q̄ mihi
per gratiam
possent esse
filij.

c. non pote-
tis sanari
me comedē
do, hoc est,
affligendo.
d. Christi
resurrectio,
quam ho-
minum re-
surrectio se-
quitur.

e. meum
corpus.

Equamuis nunc conficiat.

g. Hoc de resurrectione
postquam omni
b. expectanda sunt premia, que
uos nequicquam queritis in hac vita.

a. loquar ut tu me postea turpiter refellas, & meam causam meis uerbis agam.

b. habet.
c. mercenarii sunt obuietum.
d. in quibus morietur.
e. cibus male partus.

rus, ego cuius renes in me penitus consumuntur. Itaque dolebitis uos insectatos esse me, in quo rei fuerit inuenta radix. Metuite uobis a gladio: nam gladio crimina puniuntur ut indicium sciatis.

C A P V T X X.

Tum Sophar Naamathita respondit in hanc sententiam: Ergo me cogitationes impellunt mea? & quia festino, a ignominiosam mihi castigationem audiam, & mea prudentia spiritu pro me respondebo. Nonne scis hoc antiquitus, ex quo collocatus est in terris homo, imperiorum triumphatus esse breues, & simulatoris letitiam caducam? Qui si uel in cœlum sublimitate ascendat, & tangat capite nubila, tandem perit non minus quam ipsius stercus, ita ut qui eum uiderant querant ubi sit. Somnij more auolat, ita ut nusquam extet, nocturni uisi modo profligatus. Qui eum uiderat oculus, non amplius uisurus est, nec eum deinceps suus b cernit locus. Eius liberi supplicant medici, c suisque manibus suas uires recreant. Membra habet occultis plena peccatis, d que cum eo cubabunt humi. Quod si dulce est ei in ore e scelus quod abscondit sub lingua sua, cui indulget, nec id deserit, sed in medio palato suo cohibet, eius cibus in eius intestinis uertitur ut fiat in eius uentre uirus aspidum. Quas ligurit facultates, euomet, Deo ei de uentre extrahente. Fel aspidum fugit eum uiperæ lina

ra lingua perimet. Non uidebit undas fluminum
 melle butyroq; torrentium. Reddet f laborē, nec
 eum abliguriet, aut tanquam sui mancipij refrue-
 tur, qui tenues non solum deserat, sed peruertat,
 quas non edificauit domos diripiens. Itaq; nullam
 sentit in pectore suo foelicitatē, neq; suas cupiditas
 explet. Nihil ei cibi superest, ideoq; nō duc-
 rat eius bonum. Si rebus multū abundat, angitur,
 & ei omni modo labores accidunt. Dum g in ex-
 plendo uentre suo occupatur, h ille in eum laxans
 ardorem irae suae compluit epulantem. Effugerit
 arma ferrea, excipit eum chalybeus arcus: de-
 prompta & eius egressa corpus sagitta, eius felle
 splendet terroribus percussi, a Omnes tenebrae ei
 penitus reconditae sunt, eū consumit b nō afflatus
 ignis: affliguntur eius domi superstites. Et caelum
 crimen eius patefacit, & terra consurgit in eum.
 Facepsit eius domus germen effluens, cum de eo
 supplicium sumitur. Hæc fors est quæ impium ma-
 net à Deo: hæc est hereditas ei dicta diuinitus.

f. alieno la-
 bore parata,
 quæ tibi in-
 iuste uendi-
 cauerit.

Eccles. 5.
 g. cibum ca-
 pit.
 h. Deus.

a. Omnes ei
 calamitates
 imminent
 & reserua-
 tur.

b. rapidus
 & sua sp̄-
 te sine flacu
 flagrans.

CAPVT XXI.

AD hæc Iobus respondens: Facite ut oratio
 nem meam audiatis, inquit, a quod sit pro
 uestris consolationibus. Ferte me, dum loquor:
 & postquam locutus fuero, deridebitis. An mihi
 cum hominibus disputatio est? aut si est, cur non
 est oratio mea breuior? Aspiciate me, & admota
 ad os meum

a. pro eo
 quod me
 consolari
 debetis.

ad os manu obstupescite, qui ipsa recordatione
 perturbor, & corporis horrore corripior. Cur
 impij uiuunt, durant, & pollent opibus? Eorum
 Iere. 12. progenies coram apud ipsos, eorum posteritas
 Habac. 1. spectantibus ipsis cōditur: domos habent a pauore
 re saluas: non uapulant diuino uerbere. Eorum
 boues fœcundi sunt, nō inertes: uaccæ educant, nō
 sunt steriles. Emittunt ouium ritu suos paruulos,
 eorumq; nati saliunt. Tympanis citharisq; perso-
 nant, et se musicorum instrumentorū uoce delec-
 tant. Transigunt fœliciter etatē, & subito per-
 duntur Orco, ^b dicuntq; Deo: Abi hinc: tuas
 b. Deū nihil curant. quidem nosse uias nobis non libet. Quis est Om-
 Malachie 3. nipotentis ut ei seruiamus? aut quid nobis eum in-
 terpellare proderit? Si nō habent in manu suum
 bonum, me præterit impiorum consiliū. Si quan-
 do lux impij extinguitur, eiq; suum contingit ex-
 d. non lan- guet, sed ci- itium, Deo ei dolores ira sua impertiente, ^d est
 rō perit. quasi quædam acta uento palea, aut rapti turbine
 e. nō magis potest dolo- aceres. At ipsius dolorem reseruat Deus eius na-
 re fuorū ui- tis: remuneretur ipsum, ita ut exitium suum sen-
 cē mortuus, quàm gau- tiat, suisq; cernat oculis, & Omnipotentis bis-
 dere. Nā in lem potet. Nam ^e quæ est eius ex successura sibi
 quē non ca- dit delecta- progenie delectatio, truncata eius æui summa
 ri, in eundē f Nunquid Deus eius rei certior fiet, cum altè ius-
 non cadit dicet?
 dolere. ^f Nō potest de his quæ sunt in terris, admoneri, cū sit in sublimi,
 & ideo infima parum dñudicet, Hinc fit ut impunè peccent im-
 probi.

dicet? Hic moritur robustus & integer, totus
 quietus & foelix, mammis lacte plenis, & ossium
 medullis succulentis. Ille mœsto moritur animo,
 postquam iniucundè uixit, pariterq; iacent humi,
 & uermibus obteguntur. Neq; uerò me latent
 uestræ cogitationes & nefarij conatus aduersum
 me. Quæretis enim ubi sint primariorum domus,
 ubi impijs habitata tabernacula? nimirum si faci-
 as iter, hoc tibi sciscitandum esse, quippe illorum
 iudicia non agnosci: prorogari enim differriq;
 ad exitij supplicijq; diem malos, & Quis eis corâ
 eorum euentus iudicabit? aut quod fecerunt ipsi
 quis eis rependet? cum ferantur in sepulchra, &
 h. meta instent, cum sint eis suaues scrobiû gle-
 bæ, cumq; & post eos trahantur omnes homines,
 & eos antecesserint innumeri. Quomodo igitur
 me tam inaniter consolamini, ut ex responsis ue-
 stris sola supersit molestia?

C A P V T XXII.

Tvm Eliphaz Themanita respondit hunc in
 modum. Quasi uerò quicquã conferat mor-
 talis Deo, aut quasi non sibimetipsi commodet qui
 sapit: quasi uel iucunditati uel utilitati sit Omni-
 potēti, si tu sis innocens integrisq; moribus, aut a
 quasi te ob tuam religionem castiget, tecum iudi-
 cio congressus. Enim uero tua scelera multa, &
 crimina sunt infinita. Tu tuos fratres pigneratus

g. quid atti-
 net eorum
 posteros da-
 re pœnas,
 quas ipsi
 fontes non
 sentiant?
 h. in mor-
 tuorū acer-
 uum con-
 geratur, sicut frumē-
 ta in metā.
 i. sepul-
 chro, hoc
 est morte
 delectetur,
 quæ eis cum
 omnibus
 communis
 est.
 a. Non quia
 religiosus
 es, sed quia
 religiosus
 non es, ideo
 te castigat.

C

es in

es iniuria, & homines uestibus spoliasti atq; nudasti. Non aquam lasso dedisti bibere, & famelico negasti panem, cum interea ^b uernosi terram^o obtinuerunt, & autoritate præditi eam habitauerunt. Tu uiduas inanes dimisisti, pupillorumq; extenuasti lacertos. Propterea circumdatus es laqueis, teq; subita formido conturbat. Alioqui a te^o nebras non uideres, nec aquarum obruereris inundatione. Nonne Deus coelum equat altitudine? aspice uero siderum uerticem quam sint alta, et negas quicquam scire Deum? perinde ac si per caliginem iudicet, et cum sit in nubium latebra, non cernat in orbe coelesti ambulans. Obseruastine priscos mores, quibus uixere ^c mortales scelerati? qui immatururo tempore perditii sunt, eorum fundamento fluctibus offuso, qui Deo dicebant? Abi hinc, ^f quid fecerit eis Omnipotens, qui eorum domos impleuisset bonis? & me præterit impiorum consilium? Hoc uiso letantur boni, illosq; derident innocentes, quippe qui ^h fuerint ex rerum natura sublati, quorumq; reliquias ignis consumpsit. Compone cum illo (mibi crede) & saluus eris, atq; ita fiet ut tibi bene eueniat. Accipe ex eius ore legem, & eius uerba in animum recode. Si te ad Omnipotentem conuerteris, reficiaris, remota ex tabernaculo tuo nequitia, & a humi tantum auri Ophirisq; ponas, quanta sunt fluuiatilia saxa, & auri uim immensam,

^b potetes.

^c. scilicet parte, hoc est fauisti potentibus.

^d. non esses in malis

^e. ante diluuium.

^f. obseruasti ne quid eis.

Psal. 107. d. g. & tamen negas te in cell.

^h. Per tertiam personam

transiit, ut postulat sententia, &

Græcus habet ac Latinus interpretes, cum tamen in Hebræo sit prima.

^a. tantum auri & Ophiris

(id erat aurum pretiosissimum)

habebis, ut id humi ponas aceruam.

me
te
at
ue
sp
dic
lib
lib

I
tu
ciu
nu
illo
co
cre
bu
de
ue
fac
de
me
de
or
tu
ito

mensam, & argenti cumulos habebis. Tunc enim te omnipotēte oblectabis, & ad Deum uultum attolles, isq; te orantē exaudiet, & uota tua solues: quamq; rē decreueris, rata erit, & tuasq; uias splendor illustrabit. Deprimuntur enim quos tu dicis elatos, & ille modestos conseruat. Regionē liberat innocēs, & eaq; tuarum manuum puritate liberatur.

b. tuę actio-
nes erunt
prospere.

c. alicuius
innocentię.

CAPVT XXIII.

ET Iobus: Etiānum tristis est oratio mea, inquit, ingrauescit meum uulnus meo gemitu. Utinam illum sciam ac inueniam: uenirem ad eius sedem, agerem apud eum causam, & os plenum haberem argumentis: cognoscerem quibus ille uerbis mihi respōderet, & quid mihi diceret considerare. Vtrum numerosis copijs mecum decretaret, an potius ipse me inuaderet. Ibi a pro- bus cum eo disceptaret, tandemq; meū iudicē euaderem. Sed siue orientem uersus eā, nusquā est: siue retro, nō animaduertā eum: ad sinistrā si quid faciet, non cernā: si se ad dexteram abdet, non uidebo. Cum autem mores iuxta mecum nouerit, si me exploret b aureus exibo. In eius uestigijs pedes meos cōtinui, eius uiam tenui, nec ab eius labiorū præceptione deflexi, nec meū mutauī institutum, quin eius oris dicta recōdita habui. Sed c ipse ita uniusmodi est ut retrahi nequeat, quo minus q

a. ostenderē
me esse in-
soncem.

b. innocēti-
fimus ero,
c. quamuis
sim inno-
cens, nihil
apud eum
efficiā, quā
sit immu-
tabilis.

C ij animo

d. qualis fe-
re est eius
cōsuetudo.
e. inter di-
sputandum
cum Deo,
manerem
in hac mi-
seria.

a. ita pre-
muntur ut
cogantur
latere.
b. impij fe-
riq; homi-
nes.
c. suos alen-
dos.
d. hoc est
impie, hoc
est alienas.
e. iaceant in
antris.
f. messoris
factoresq;
suos male
vestiunt &
pascunt.
g. & tamen
Deum ne-
gatis absur-
de quicquā
taceret

animo concupiuit id faciat. Perficiet enim quod
de me decretū est, ^d qualia multa sunt in eo. Itaq;
perturbarer eius presentia, & uel ipsa contem-
platione cum pertimescerē, meumq; cor molliret
Deus, & me turbaret Omnipotens. ^e Nec enim
à tenebris abessem, nec ille meo conspectui caligie-
nem subduceret.

C A P V T X X I I I I.

Cur ab Omnipotente non sunt occultata
tempora, ita ut qui eum norunt, non uiderent
eius dies? Summouentur limites: rapti pascuntur
greges: pupillorum abiguntur asini: uiduas
bos pignori capitur: euertuntur suis fortunis pau-
peres, simulq; ^a latitant terrarum inopes. Ecce
autem prodeunt in syluas ^b onagri, ex professo
inuigilantes prædæ, quibus solitudo uictū suppetit
ad ^c pueros. Ruri suam metunt farraginem,
uineasq; uindemiant ^d impij, ita ut illi nudi uestibus
defectu pernoctent, nec habeant in frigore tegu-
mentum, & montanis imbribus uidi, penuriam
per fugij ^e cautes amplexentur. Diripiunt perni-
ciosè pupillos, & inopum damno pignerantur
f. Nudos ire cogunt sine uestitu, & famelicos
portare mergites. Qui intra eorum parietes
oleum exprimunt, & calcant torcularia, siti-
unt. Per urbem conqueruntur mortales, & ca-
sorum quiritantur anime, ^g & Deus nihil designat
absur-

absurdè? cum illi apertè contumaces nec eius uias agnoscant, nec in eius uersentur semitis? h. Luce surgit homicida, qui imopes & pauperes interficit, & est noctu furi similis. Tum adulteri oculus obseruat crepusculum, eo cōsilio ne quis se oculus aspiciat, & laruam adhibet. Perfodiunt in tenebris domos, quas sibi interdium notarūt, a nesciunt lucem, nam eis & matutinū pro tetra nocte, & agnoscipro tetra noctis horroribus est. Celeres sunt in humore, celer est corū in terra conditio, neq; spectant uinearum naturā. Ut aestus calorq; niuales aquas, sic Orcus peccantes depopulatur. Eos obliuiscitur uterus, eis dulcis est putredo, nulla superstite eorum memoria: ac uelut lignū franguntur improbi, qui fœminas reddūt steriles ut nō pariant, nec uiduis profunt, trahuntq; generosus ui sua, & ita insurgunt ut illi de uita diffidant. Opprimunt eos tuos atq; securos, b oculis in illorum uias conuersis. Vbi aliquādiu uiguerunt pereunt, & omnium more depressi conpescuntur, quasi quaedam capita spicarum decisi. Quod non ita est, conuincat sanè aliquis me mendaciū, meamq; confutet orationem.

h. interdium dormit, sub noctem, cū adhuc lux est, surgit ad latrocinandum.

a. qui male facit, odit lucem.

b. eis insidiatur struētes.

C A P V T X X V.

AD hæc Baldadus Subita respondit huiusmodi uerbis: Cum illius sit potentatus atq; terror, qui a præstat in suo fastigio pacem: cum a. celestia pacate regit.

C iij eius

...nim quod
...eo. Itaq;
...contem
...molliret
...Nec enim
...tui caligis
...I.
...occultata
...non uides
...pti pascu
...ini: uidua
...tunis pau
...pes. Ecce
...x professo
...tū suppe
...raginens
...udi uestis
...gore tegu
...li, penuria
...unt perni
...gnerantur
...famelicos
...parietes
...aria, siti
...s, & cæ
...il designat
...absur

eius & agmina sint innumera, & lux in nullum non oriatur, scilicet innocens sit homo apud Deū? scilicet purus sit foemina natus? Cum in eius oculis ne luna quidem splendeat, neq; sidera niteāt, ne dum mortalis & homine natus, qui putredo & uermis est.

CAPVT XXVI.

a. ineptè facis qui Deo patrocineres, quasi tuo egeat patrocinio, cū sit potentissimus.

b. cœli quod est eius solium.

c. ualentissimum.

Cvi Iobus: ^a Quēnam adiuuas? inquit: imbecillum credo defendis, inualidi lacerti. Cūnam consulis? insipienti uidelicet, & multum acuminis ostendis. Cui orationē exponis? & apud quem uerba facis? quem Manes eorumq; contremiscent sub aquis contremiscunt, apud quem nudus est Orcus, & sine tegimine Pluto. Qui septentrionem extendit super inane, & terram super nihil suspendit. Qui aquam suis in nubibus ita cohibet, ut sub ea non rumpantur nubes. Qui ^b solis faciem tenet, id sua nube consternens. Terminum definiuit aquis duraturum donec lux simul & tenebrae deficiant: quo increpante, labefiunt attonita cœli colūnae. Cuius ui disilit mare, cuius prudentia altum percellitur. Qui suo spiritu cœlum ornauit, sua manu teretē formauit anguem. Atq; hæc sunt eius operū pars, & quantula portio eius audita est? & quis eius ^c uirtutum tonitru perspicit.

CAPVT XXVII.

Tum

Tum sententiam persequens Iobus: Per Deum
 immortalem, inquit, qui me meo iure
 priuauit, per Omnipotentem qui mihi consi-
 liliauit animi dolorem, quādiu durabit in me fla-
 tus, et in naso ^d diuinū habebō spiritum, nihil ini-
 quū labijs eloquar, nihil lingua fraudulentū effas-
 bor. Absit à me ut à uobis ius esse fatear: citius ani-
 mam agam, quā ^a mihi integritatē detraham. <sup>a. me fontē
esse confi-
tear.</sup>
 Innocentiam meam tenebo, nec remittā, nec un-
 quam, donec uiuam, mihi mens erit irreligiosa.
 Sit hoc inimicorum & aduersariorum meorū, ut
 iniusti sint et iniqui. Quid enim sperandū erit si-
 mulatori qui questum fecerit, cum ei Deus animā
 eripiet? Num eius clamorem exaudiet Deus: cum
 ei contigerint aduersa? aut sese omnipotēte dele-
 stabit, Deū iugiter inuocās? Docebo uos ^b diuinis ^{b. oracula,}
 tus, et ea quorū autor est Omnipotens nō celabo.
 Nam uos quidē, si quidem omnes fatidici estis, cur
 uos tā futiles præbetis? Hæc est hominum impio-
 rū à Deo conditio, & hæreditas, quā ab omni-
 potēte cōsequuntur feroces, quōd si liberis abundāt,
 percunt ferro, eorūq; progenies non habet uictū
 ad saturitatē. Eorum superstites sepeliūtur mor-
 tui, uiduis non plorātibus. Si argenti congesserit
 quanta humus est, & tantum uestis comparauerit
 quanta est argilla, quod comparauerit induet ali-
 quis iustus, argentiq; particeps erit innocens.

e. ad breue
tempus.
d. scilicet
vineæ aut
aliarum re-
rum quæ
sub dio
sunt.

a. sub terra
abditas.

Construit e tinearum more domū suam, aut sicut
umbraculū facit d custos. Iacet diues intumulatus,
& intra oculi momentū perit. Eū inuadūt undas
tim terrores, & nocturna surripit tēpestas. Aus-
fert abeuntē Eurus, & ex suo loco abripit. Eū des-
us nihil parcēs urget, nec is illius manum effugit.
Ille eū manibus explodit, et ex suo exhibilat loco.

C A P V T X X V I I I.

Est quidem argentum inuenire, & locus uns
de conflatur aurum. Ferrum ex humo petis-
tur, & fundit æ lapis. Tenebris imponitur finis,
& quicquid perfectū est rimantur, a caliginis &
atra noctis gemmas. Deriuatur ex peregrino so-
lū flumina, & ignorata pedibus, & quæ caruerāt
hominibus, uagantur. Tellus ex qua uictus oris-
tur, subter quasi incēdio euertitur. Sapphiri lo-
cus est in eius lapidibus, habetq; pulcres auri,
quā uia neq; nouerant alites, neq; uulturis aspe-
erat oculus, neq; trucium ferarum genus calcaue-
rat, neq; peruaserant leones. Cautibus asserunt
manus, euertunt à stirpe montes, exscindunt in-
rupibus amnes, & rarissima quæque aspiciunt
oculis. Ex lachryma perscrutantur fluuios, & ab-
dita proferunt in lucē. Sed sapientia unde inueni-
etur? & ubinam prudentiæ locus est? Nescit homo
quanti sit aestimanda, nec ea in uiuentium terra
inuenitur. Eam negat profundū in se, negat mare
apud

apud se esse. Ea non auro comparatur, non argenti
 precio reperatur. Non auro compensatur Ophio-
 reo, non onyche precioso, non sapphiro. Non eam
 aurum, non murrha equiparat, non est cū obrizo
 permutabilis. ^b Ramoth & gabis ^c memoranda
 non sunt, gēmas preponderat sapientia. Non eam
 topazius equiparat Aethiopicus, non est cū puro
 compensanda auro. Vnde autē ueniet sapientia? aut
 ubi tandē prudentiæ locus est? Ea uero & omnium
 mortalium latet oculos, et aereis abdita uolucris
 est. Pluto lethumq; dicunt ^d se eius audiuisse famam.
 Quā sit adeunda, & quo sit in loco, nouit Deus.
 utpote qui ad extrema terrarū conspiciat, uidens
 quod toto sub cœlo est, is qui et uēto pondus facit,
 & aquam mensura condit: qui & pluuiæ legem,
 & fulgentibus tonitruis uiam præscribit. Is eam
 olim & uidit & declarauit, eā & cōdidit & pers-
 uestigauit, hominiq; dixit, Domini metum esse sa-
 pientiam, & maleficij declinationē prudentiam.

C A P V T X X I X.

HAec fatus Iobus sententijs uti perrexit hunc
 in modum: O si eo statu essem quo mensibus
 præteritis, quo me tēpore custodiebat Deus, cū
 caput meū collustraret illius lucerna, cuius ad lu-
 men incederem per tenebras, qualis eram mei
 ueris tempore, cum meo tabernaculo familiaris
 esset Deus, cū adhuc & mihi adesset Omnipotēs,

C V & me

b. puto gē-
mas.c. cū ea con-
ferenda.d. eam sibi
tantum au-
ditiōne no-
tam esse.

Prouerb. 1.

a. butyro & oleo circumfluebam.

b. autoritate & gravitate mea territi.

c. quibus fiebat iniuria.

d. alienas.

Et me mei stiparent famuli. Cum quidem a me a butyro lauabam uestigia, et apud me fundebat rupes riuos olei. Cum in curiam per urbem proficiscebar, aut in foro meam sedem parabam, uidentes me iuuenes ^b abdebant sese, et senes assurgebant atque stabant. Principes a uerbis abstinebant admota ad os manu. Latebat procerum uox, et palato adhaerebat lingua, quippe cum me que auris audiebat beatum ferret, et qui spectabat oculus de me testaretur. Nam et ^c conquerentes inopes liberabam, et adiutore carentes pupillos. Mihi gratias agebant periclitantes, et uiduarum mentes exhilarabam. Indutus eram iustitia, et equitate tanquam toga et tiara uestitus. Eram ego et caecis oculorum, et claudis pedum loco. Ego et pauperibus pater eram, et ^d nihil ad me pertinentes causas indagabam, et iniquorum molares rumperebam, eisque praedam extorquebam ex dentibus. Itaque cogitabam me in meo expiraturum nido, et tandiu prorogaturum aetatem quam numerosa est arena. Mea radix erat in humorem explicata, et in mea manebat segete ros. Mihi et bonos perpetuabatur, et arcus in manu uigescibat. Me audientes suspiciebant, ad meam sententiam taciti, nec mea dicta retractabant, persundente eos oratione mea. Me tanquam pluuiam suspiciebant, oribus sicut ad serotinum imbrem hiantes. Si quando

CUM

eum eis ludebam e non credebant, neq; uultus mei
lumen dei ciebant. Si cum eis uersari placebat, se
debam supremus, et tanquam in agmine rex ha
bitabam, perinde ac qui lugentes consolaretur.

e. scilicet
me ludere,
sed seria a
gere, nec
mihi ideo
minore tri
buebāt au
toritatem.

C A P V T X X X.

AT nunc me derident minores me natu,
quorum ego patres dedignatus essem cum
meis pecuarijs ponere canibus, nihil eorū manuū
uiribus indigens, quibus periisset uigor ætatis.
Qui præ egestate atq; fame loca senta, obscura,
uasta squalentiaq; sectabantur, carpentes apud
arbusta maluas, et iuniperinis radicibus uescens
tes. Pellebantur è medio, et eis tanq̃a furibus oc
clamitabatur, itaq; in torrentiū scrobibus in ter
ra et scopulorum cauernis habitabant, inter uir
gulta mussantes, et se sub rusco cōtrahentes, ho
mines et insani et inglorij, mortalium infimi.
At nunc eis dicterio, eis fabula sum. Me abominā
tes recedunt à me, a nec se à mea facie conspuenda
cōtinēt. Quoniā Deus laxato b neruo me afflixit,
adolescentes abiecto erga me c freno, cōsurgentes
ad dexterā, meos pedes labefaciunt, et in me per
niciosi feruntur. Impediūt meos aditus, collatis ad
euertēdū me uiribus, cui nullus subueniat. Me ceu
per latam muri labem adoriuntur, subter ruinam
ruentes. Versi terrores in me, præstantiā salutēq;
meam, quasi quidam uentus nubesq; peruadens
per se

a hoc est
me contu
meliosissi
mē tractāt,
b. scilicet ar
cus sui.
c. uerecun
dia.

d. morbi.
 e. undiq;
 f. afficiatur
 & putres-
 cat.
 g. Deo.
 h. non que-
 ror.
 a. cernis &
 affligi susti-
 nes.
 b. efficisti ut
 non magis
 obniti aut
 proficere ua-
 leam, quam
 si in acre pe-
 derem, ubi
 nullum so-
 lidum esset
 solum.
 c. non aestu
 solis atrat,
 sed luctu.
 d. uociferor
 ut.

persequuntur. Itaque uersat sese meus animus: me
 misera inuasere tempora. Noctu mihi perfodiuntur
 artus, infestorq; sine ulla intermissione. Tanta me
 diuis^e tanquam meae tunicae ora circumcingit, ut
 mea uestis^f tentetur, g illo me in lutum redigente,
 ita ut sim perinde ac humus atq; puluis. Ad te si
 queror, non exaudis me: sin^h sto, a contemplanis me.
 Mihi crudelis factus es, & roborae tuae manus ad-
 uersaris. b Me sublatum uento imposuisti, et ne pro-
 ficiam dissoluisti. Sed futurum scio ut me mors & cum
 etis destinata mortalibus domus recreet. Et certe
 non afferet ille manum tumulis, carebuntq; quos de-
 derit exitio querimonia. Equidem eos defleui quos
 rui erant dura tempora: pauperum uicem animo dolui.
 Sed cum bonum sperare, uenit malum, et lucem ex-
 pectati uenit caligo. Intestina mihi sine intermis-
 sione feruunt, mihi misera acciderunt tempora. c Ater
 nec tamen insolatus dego, et stans in coetu quiritor.
 d Germanus sum draconum, & struthionum familia-
 ris, mihi praestuu & pellis nigrat, & membra
 aestuant: mea cithara in luctum, mea instrumenta
 musica sunt in uocem conuersa flebilem.

C A P V T XXXI.

Pactionem feci cum meis oculis nequaquam aspi-
 cere uirgines. Nam quae me fors & conditio ab
 omnipotente Deo supernè maneret? nimirum per-
 nicies & interitus, improbos manet et maleficos

Nimirum

Nimirū uidet ipse meas uias, omnesq; meos gres-
 sus numeratos habet. Si me gessi nequiter, & ad
 fraudē pedibus festinaui, pōderet me iusta stater-
 ra, cognoscatq; Deus integritatem meā. Si gressu
 de uia deflexi et ^a oculos meos mēte secutus sum, ^{a. cupidus}
 aut adhæsit manibus meis macula, quod seminaue-
 ro comedāt alij, mei q; foetus eradicētur. Si mentē
 habui ad mulieres procliuē, aut pro foribus alte-
 rius insidiatus sum, molat mea cōiux alteri, ei q; in-
 cubent alij. Est enim hoc flagitiū crimēq; punien-
 dū, est inquā ignis ad interitū usq; edax, qui omnē
 meū prouētū extirparet. Si serui aut ancillæ meæ
 ius detreēt auī, cū me cū contenderent, ecquid agā
 cum surget Deus, cūq; inquiret, quid ei referā? cū
 idem illū, qui me, fecerit in uentre, idem nos con-
 diderit in utero? Si tenuibus quæ cuperēt negaui,
 aut ^b uiduarū oculos confeci, meumq; cibum solus ^{b. feci ut}
 comedi, ita ut nō comederent ex eo pupilli: ac nō ^{plorarent.}
 mecum adoleuit misericordia, eāq; ex utero meæ
 matris eduxi: si uidi uestis penuria pereūtem &
 carentem tegumento pauperem: si non mihi bene
 precata sunt eius latera, ac non cōcaluit ouīū uela-
 lere mearū: si attuli pupillo manus, quōd uiderem
 habere me præsidium in senatu, excidat mihi ex
 humero scapula, meūq; brachiū ab ulna abrūpa-
 tur. Nā mihi terrori fuit à Deo periculum, cōtra
 cuius excellentiā nihil possem. Non in auro spem
 mihi

e. admira-
bundus &
tacitus solē
adorarem.

d. eum per-
dere ac de-
uorare ar-
derent.

e. quasi mi-
hi malē cō-
sciū essem.

f. nobis di-
sputationē
scribētibz.
g. omnem
meā uitam.

h. præclarē
nō timidē.
a. male par-
ta est.

b. nō empta
ā me occu-
pauit inuitis
dominis.

mihī collocauī, aut in obrizo fiduciam statui. Non
sum letatus habere me multas opes, grademq; fas-
cultatem comparasse. Si splendentē solem, si præ-
clarē incedentem lunam uidi, non sum animo clam
ita deceptus, ut ore manum meam oscularer. Nā
id uindicandum crimen est: negassem enim su-
preum Deum. Non sum letatus inimici mei in-
fortunio, nec exultauī quod ei malum contigisset,
neq; commisi ut ita meo palato peccarem, illius ut
uite imprecarer, quāuis mei contubernales illi-
us carnem insatiabiliter exoptarent. Foris non
pernoctauere peregrini: fores meas uiatoribus
patefeci. Non celauī sicut Adamus meum pecca-
tum, meum crimen occultans in meo sinu, e quod
turba frequentiam reformidarem, & uulgi con-
tumelia deterritus silerem, nec extra fores pro-
direm. Utinam ille me audiat: mea quidem cupis-
ditas est ut mecum disputet Omnipotens, f codicē
scribente ipso aduersario meo: nē ego eum hume-
ris circumferrem, eo pro corona redimitus. Illi g
meorum passuum numerum exponerem, cum eo h
principaliter congressus. Si a de me mea terra
conqueritur, simulq; plorant eius sulci: si b uires
eius sine pecunia comedi, aut eius dominorū ani-
mos uexauī, pro tritico tribulus, pro hordeo ori-
atur ebulus. Haftenus Iobi sermo.

C A P V T XXXII.

Hic

I O B V S.

Hic cum tres illi uiri cum Iobo disputare
 desisset, quoniam sibi innocens esse ui-
 deretur, indignatus est Elius Barachelis
 filius Buzita, ex cognatione Ramia, & indignas-
 tus est tum in Iobum, qui suam causam iustiorē esse
 se cōtenderet quā Dei: tum in tres eius amicos,
 qui quod contradicerent non inuenirent, quo dā-
 narent Iobum. Sustinuerat autem Elius loquens
 tum Iobum, quod essent illi etate se prouectio-
 res. Sed cum uideret is Elius Barachelis filius Buzi-
 ta illos tres uiros nihil habere quod contradi-
 cerent, indignatus sic contra uerba fecit: Ego nas-
 tu minimus, uos grandiores estis, quae causa fuit
 ut dubitauerim, ueritus meā uobis aperire senten-
 tiam. Cogitabam grandaeuitatis esse loqui, & tot
 annorū exercere sapientiā. Verū afflatu agun-
 tur homines, eosq; Prepotētis aura reddit intel-
 ligentes. Nō sapiunt a magistri, non senes rationē
 perspiciunt. Quapropter audi me, inquā dū meā
 & ipse sententiā profero. Equidē expectaui ue-
 stra uerba, uestra argumēta auscultans, dū cōqui-
 ritis orationē. Sed dū uos attendo, nullus uestrūm
 Iobū refellit, aut ad eius dicta respōdet, b ne fortē
 dicatis inuenisse uos sapientiā, eū à Deo perseque-
 dū esse, non ab hominibus. Nec ipse in me direxit
 orationem, nec ego ei uestris respondebo uerbis.
 Territi nihil iam contradicunt, uerbis superse-
 dent, eti-

a. uos.
 b. neq; uero
 est quod di-
 catis uos
 ideo ei non
 contradice-
 re, quod sa-
 tis iā à Deo
 prematur
 malis, de sic
 insuper ora-
 tione uestra
 uexandus.
 Imō ideo
 non refelli-
 tis, quia
 estis indo-

Hic

dent. Et quia sicut expectabam non loquuntur, sed cessantes nihil in me contradicunt, contradicam ego quoque pro mea parte, afferam & ipse meam sententiam, Nam oratione plenus mei spiritus pectoris urgeor. Meum quidem pectus incluso uino simile, crepat ut utres noui. Loquar ut habendo sermone & contradicendo recreer, Neque uero cuiusquam rationem habebo, nec homini indulgebo, quippe indulgendi nescius, alioqui periculum esset ne me tolleret meus creator.

C A P V T X X X I I I.

a. homo sū
ut & tu, ne
tibi cum
Deo impar
certamen
esse cōque-
raris.

CAeterum audi Iobe meam orationem, mea quoque uerba omnia ausculta. En ego meum os aperio, loquitur in meo palato mea lingua. Mea mens recta dictabit uerba, & labra puram eloquentur sententiam. ^a Me omnipotentis Dei spiritus afflatusque fecit, ac uita donauit. Si potes responde mihi, mecumque congressus consiste. Ecce me pro Deo, sicuti postulabas, qui cum & ipse sim ex luto factus, neque te mei terror perturbabit, neque premet autoritas. Dixisti sane in meis auribus, audiēte me orationis tue uocem, licet à peccato & culpa purus mundusque sis, eum occasiones inuenisse contra te, & te pro hoste habere, tuosque pedes in cippum coniecisse, & tuas obseruare uias omnes. Iniuste tu quidem istud, ut tibi contradicam. Nam si maior est homine Deus, cur cum eo contendis, qui nullius rerum suarum rationem

rationem reddat? Siquidē semel locutus Deus ite-
rare nescit. Per nocturni somnij uisum, cum sopo-
re oppressi stertūt homines in cubili, tum eis pas-
tefacit aures, eorum pœnam cōcludens, ut homini
facta detrahat, faciatq; ut absit à uiro superbia.
Eius animam uitāq; retrahit ab interitu, ne per
tela transeat. Cum uehemēti dolore mulctatur in
cubili suo per quotquot habet membra, animo &
appetitu omnem quāuis delicatum cibum & escā
abhorrente, et carne sic tabente ut nō appareat,
& artubus ita depopulatis ut nō extent, adeò ut
propè intereat animamq; agat, si quis ^b ei adsit
orator genius uel unus ex mille, qui homini ^c suū
ostendat officium, Deus eius misertus iubet eum à
descendēdo in interitū uindicari, ^d sese inuenisse
mulctā. Fit eius corpus iuuenili delicatius, reuer-
sum ad eius adolescētiae tēpora. Exoratus Deus ei
fauet, & ^e eius uultū ouātis aspicit, hominiq; ^f suā
reddit innocētia. Et ille ^g homines intuēs fatetur
se peccasse, illū autem æquum esse: se improbè se-
cisse, illum nō sibi ^h par retulisse, qui suā animā ne
iret in interitum uindicauerit, ita ut uita lumen
aspiciat. Hoc prorsus modo agit non parū sepe cū
homine Deus, eius animā ab interitu reuocās, eū-
q; uitali luce collustrans. Attēde Iobe, audi me ta-
citus, dum ego loquor, si suppetit oratio, respōde
mihi, loquere, nam te insontem esse cupio: sin mi-

b. ægroto.
c persuade-
at ut mores
suos corri-
gat, Deoq;
supplicet.
d sibi illa
hominis
correctione
satisfactum
dicens.
e eum aspi-
ciens efficit
ut ouet.
f, hominem
pœna libe-
rat, data ue-
nia.
g. palam.
h. pro me-
rito puni-
uisse.

nus, audi tu me tacitus, & te sapienter docebo.

CAP V T XXXIIII.

TVM loqui pergens Elius: Audite sapientes, inquit, orationē meam, et intelligentes auscultate mihi. Nā auris est, orationē probare: ut palati, de cibi gustu iudicare. Agamus ex aequo, uideamus inter nos quid sit ^a bonum. Dicit Iobus se infontem à Deo iure suo priuatum esse, sibi in suo iure iniuriam fieri, se telis seuiter pesti nullum ob peccatum. Quis homo est cum Iobo conferendus? qui nugis abundē imbutus est, & maleficis socium se præbens, uersatus est cum hominibus impijs, & tamen * dicit nihil profecturum hominem si cum Deo cursu contendat. Quare uiri cordati audite me: absit ut iniustus Deus, ut iniquus sit Omnipotens: quin homines pro merito remuneratur, & ut dignum est cuiusq; moribus afficit. Certē quidē non agit iniuste Deus, non ius euertit Omnipotens. ^b Qui homini terram commisit, & orbem condidit uniuersum, idem si animum induceret suum spiritum flatūq; ad se recipere, expirarent uniuersa corpora, & in puluerem redirent homines. Quod si quid est ingenij, audi hoc, ausculta meis dictis. Fierine potest, ut qui tam rectē curat quæ agit, is sit iuris inimicus? Tūc excellentem illum infontem dāsnabis? qui reges nebulones, qui primates appellat imz

a. hoc est
iustum.

Queritur
se infontē
opprimi,
quod cum
Deo certet
tanto infe-
rior.

b. qui ho-
mini & ter-
ram dedit
& uitam, si
utrumque
adimat, nō
facit iniuri-
am.

Leut. 20.
2. Par. 29.
Coloss. 3.

lat impios, qui nullā habet principalium personarum rationē, nec locupletē antepōnit tenui: quippe qui sint utriusque eius manuum opus. ^{c. scilicet interdum.} Repentē interdum moriūtur, & uel media nocte cōmoti decedūt homines, tollunturq; generosi, ^{d. diuinitus, nulla uī extrinsecus adhibita.} nulla adhibita uī. Habet enim coniectos in hominum mores oculos, eorūq; gressus omnes uidet. Nulla tenebra, nulla tam atra nox est ubi lateant malefici. Non enim hoc iam homini permittet, ut cū Deo iure experiat. Frangit excellentes infinitos, & in eorū locum subrogat alios. Igitur eorum opera nota facit, dum e uertente nocte contunduntur, eo illos ^{e. citō & ex improviso.} ut impios percutiente in conspicuo loco, propterea quod ab eo sequendo declinauerint, neque se prudenter in omnibus traditis ab eo uiuendi rationibus gesserint, afferendo ei tenuium querelas & efficiendo ut inopum querimonias audiret. Eo quidem quietum reddente quis damnabit eum? eo faciem uel genti uel homini cuiquam subtrahente, quis eum aspiciet? qui facit ut regnet spurcus homo ^{f. ut ita populum mulctet.} ad populi detrimenta. Nam Dei est dicere. Condone, non perimam. Si quid me latuit, tu submone me: si quid improbē feci, non amplius ^{g. cur plus iuris habeas in disputando quā ego, ut que uideantur uel improbos,} faciā. ^{g.} An id à te perficietur ut tu improbes, tu idem probes, ego non item? quod si quid scis, dicto. Cordatus sapiensq; uir mecum colloqueretur, & me uicissim audiret. Iobus indoctē loquitur,

D ij & pas

bo.
entes,
es auē
probas
us ex
Dicit
esse,
er pes
n Iobo
st, &
um hos
profes
endat.
iustus
omines
est cus
iniuste
omni
ersum,
latūq;
ora, &
uid est
fierine
it iuris
em dās
appels
lat imz



h. disputan-
do agitari.
i. nos, quos
dicit im-
probos.
k. se tanquā
uictor iac-
rans & nos
explodens.

Et parum prudenter uerba facit. Volo Iobum eo-
usq; ^h exerceri, dum recātet apud ⁱ homines im-
probos. Alioquin addet suo delicto peccatum, ^k
plaudens inter nos, & in Deum garriens.

C A P V T XXXV.

a. non se ad
Deum toto
pectore con-
uertunt.
b. letitiam
consiliat in
rebus tristi-
bus.
c. nō te pu-
niat tā gra-
uiter quā
dignus eras.

DEinde differere pergens Elius: Hoccine
æquū esse arbitraris, inquit, quod dixisti,
te iustiore habere causam quā Deū, negās tibi
prodesse aut cōducere innocentia? Ad quæ ego tibi
respondebo, & tuis amicis unā tecū. Suspice et
intuere cælū, & aspice quāto sit æther sublimior
te. Siue delinquas et multa pecces, quid illi facies,
aut officies? siue sis iustus, quid illi conferes? aut qd
accipiet ex tua manu? Tuæ conditionis hominē &
homine natum tua uel impietas attingit, uel uir-
tus. Cum multorū ui & iniurijs opprimūtur ho-
mines, clamāt illi quidē & quiritātur, sed ^a nō dic-
cunt: Vbi est Deus creator noster? qui ^b noctu cās-
tare dat, qui nos & bestijs terrestribus, et aëreis
uolucris doctiores fecit ac sapientiores? Igitur
tū de malorū superbia quiritantes nō exaudit, ut
pote cum nequitia non exaudiat Deus, nō aspiciat
Omnipotēs. Enimvero quāuis, ut dicis, uisurus eū
nō sis, est tamen apud eū iuris obtinēdi locus, mo-
dō eū expectes. Nunc cum non iratē animaduers-
tat, ^c nec sciat esse uehementior, Iobus temerē
uerba facit, & garrulitate utitur indocta.

C A

I O B V S.
C A P V T XXXVI.

53

T Vm oratione continuās Elius: Sustine me pau-
lisser, inquit, dum tibi edissero: habet enim
Deus adhuc quod a dicat. Lōgē petam meam sen-
tentiam, & iustitiam conditori meo tribuā. Nam
profectō nō falsa est oratio mea: tecum agitur sin-
ceris sententijs. Cū sit Deus excellens, cum sit in-
quā & excellens & magnanimus, nō est tā disso-
lutus ut uel impios conseruet, uel ius inopibus non
cōcedat. Adeo uiris bonis non subtrahit oculos su-
os, ut etiā eos cum regibus in duraturo solio col-
locet ac euehat. Quod si catenis uincti et calami-
tosis capti funibus fuerint, declarat eis opera ip-
sorum, et quā uehementia sint eorū peccata, eisq;
aurē uellit, & ut se corrigant, atq; ab improbita-
te recedāt, admonet. Si obediunt ac obsequūtur,
bene & eleganter transigunt ætatē annosq; suos:
sin minus obediunt, pereūt armis, & impruden-
tes intereunt. Et simulators supplicij sui causa
sunt, qui ab eo uincti, nō implorēt eum. Vita de-
funguntur ac moriūtur in iuuēta^b inter effœmi-
natos, cū interim inopes liberet ille in eorum mi-
seria, & eis in calamitate^c aures uellat. Te quoq;
ex angusto eripiet in latū spacium, cui nullū sube-
rit periculū, ita ut^d mensam habeas & quietā &
adipe scatentē. Sed si^e iniusto iudicio fingeris, te
iudicium atq; ius tenebunt. Nam ita seuietur ut te

a. scilicet
per me qui
eius cau-
sam ago.

b. in iuuen-
tute, nam
libidō mor-
tem accele-
rat.

c. salutem
nūciet atq;
conferat.

d. diues fias
& quietus.

e. malē de
Deo iudi-
cas, dabis
pœnas.

D iij nec

f. ne conare
improbos
imitari, ut
noctu repē-
tē pereas,
sicut iam
dixi. Vide
cap. 34.
g. cuius est
docere &
Imperare,
non ratio-
nem redde-
re.

nec rerum copia eripiat, nec multae magnitudo
asserat. Nihili fient opes tuae aut aurum, aut quic-
quid denique uiribus pollet. ^f Noli anhelare noctē,
qua euestigio tolluntur homines, caue ne te con-
uertas ad nequitiam, quod eam praemiseria ap-
probes, Deus quidem & doctor incomparabilis,
maior est uiribus quam ut ab eo quisquam facti rati-
onem exigat, aut eum iniquē fecisse dicat. Me-
mento ut eius opus extollas, quem mortales suspi-
ciunt, quem omnes homines intuētur, quem mor-
tales procul spectant. Deus quidem prestantior
est quam ut id intelligamus, et annis est infinitus.
Nam eo aquae guttas eliciente, funditur ex eius
uapore pluuia, adeo ut manans aether defluat in
plurimos homines. Iam uero quis nubium disten-
siones perspiciat? quae sunt eius umbraculi elatio-
nes, in quas quidem suum lumen explicans maris
radices tegit. Per eas autem & populos ulciscit-
tur, & uictum copiose largitur, Lucem palmis
tegit, curatque ut ei occurratur, cui dum nunciat
alteram, accedit aduersus ascendentem ira.

CAPVT XXXVII.

AD hoc quoque expauescit mihi cor ex suo
commotum loco. Audite eius horribilem
sonum, & prodeuntem ex eius ore frago-
rem, quem sub toto iaculatur caelo, collustrante
eius luce, tractus terrae. Post lucē strepit sonitus,
dum

dum ille sua superba uoce intonat, nec cætera dif-
fert, audita sua uoce. Intonat Deus sua uoce miri-
ficè, maiora facit quàm ut ea perspicere possi-
mus. Iubet enim niui ut sit in terris, & nimboſa
pluuia ſuæ potentia concludit omnes homines,
ut intelligant mortales omnes eius opera, sube-
untq; latibula feræ, & in ſuis luſtris degunt. Ab
austro uenit tempeſtas, & ab aquilone frigus. Ad
Dei flatum extitit glacies, aqua latè concreta.
Eius quoq; ſplendor atq; lux nubes urget & diſſi-
pat, eaq; illius industria ſeſe circūagunt atq; uer-
ſant, efficientes quicquid eis imperauerit in orbē
terre. ſiue in nationem eas, ſiue in nationis terri-
toriū, ſiue beneficij gratia immiſerit. Hoc auſcul-
ta Iobe, ſta & Dei cōtemplare miracula. Noſtine
quando incūbat eis Deus, & ſuæ nubis lumine ful-
geat? Noſtine diuerſitatē nubium, miracula per-
fectæ ſcientiæ? Aut quo pacto tua ueſtimenta cale-
ant, illo a terras ab austro quietas reddente? An
æthera cū eo diduxiſti, ita firmū ut cōcretus eſſe
uideatur? Præmonſtra nobis quid ei ſimus dictu-
ri, qui propter ^b tenebras ſumus impares. ^c Scili-
cet illi exponetur ſi loquar, aut fabitur homo cum
ſuerit abſorptus? cum ^d ne fulgentem quidem
lucem aſpicere poſſint homines quæ eſt in æthe-
re, quem præteriens uentus expurgauit, ueni-
ente à ſeptentrionibus ^e auro. Dei ^f terribilis eſt
maieſtas.

a. ſerenita-
tem indu-
cente.

b. ignoran-
tiam.

c. ſi uolet
cum Deo
diſputare
homo, con-
ficietur.

d. ne ſolem
quidē aſpi-
cere poſ-
ſunt homi-
nes, nedum
Dei maie-
ſtatem.

e. auro ſe-
reno.

f. Deus me-
tuendus eſt,
non cū eo
diſputan-
dum.

D iij maieſtas.

maiestas Omnipotens is est, quem inuenire non
possimus, uiribus æquitate & iustitiæ præstantia
g. facti ratio tantus, ut & respondere non debeat. Quare metus
nē reddere. ant eū homines, quē nullus uel animo sagacissimos
rum uidet.

CAPVT XXV VIII.

a. negat pru
dentia regi
mundum.

Terræ
creatio.

b. geniorū.
Mare.

Matutinū.

Tum Ioua Iobo ex turbine sic respondit:
Quis iste est, qui tam indocta oratione a
prudentiam abolet? Accingere sanè ut uirum de-
cet, & mihi quæ te interrogabo declarato. Vbi
eras fundante me terrā? expone, si ea eruditione
es. Quis ei dimēiones adhibuit, si nosti? quis in
eam regulam intendit? In quam rem insertæ sunt
eius bases? aut quis eius angularē lapidē demisit,
ouantibus pariter matutinis sideribus, uniuersoq;
b. diuorum genre lætum personante? Quis foribus
mare conclusit, cū egressum erupisset ex utero?
cū quidē id nubis amictu texti, & caliginis fascia
obligauit, ac meo circumscriptū decreto, repagulis
& foribus cohibui, dicens: Hocusq; nō ulterius
uenies, & hic ponet tuorū fluctuum aītudo. An
ætate tua matutino præcepisti? suum auroræ locū
assignasti? ut alas terrarum obtineat, & ab ea de-
ijciantur impij? qui impij mutato tanquā rubricæ
sigillo sunt uestis similes, & sua luce priuantur,
sublimesq; lacerti franguntur. An in maris fundum
peruenisti, & in penitissimo profundo ambulasti?

Num

re non
stantia
metu
issimos

ondit:
tione a
m de
o. Vbi
ditione
quis in
te sunt
emisit,
ersoq;
foribus
utero?
s fascia
pagu
lterius
lo. An
e locū
ea de
ubricæ
antur,
indum
ulasti
Num

Nū tibi patefactæ sunt lethi portæ, & terræ noc-
tis ostia uidisti? Num ipsam adeò terræ amplitu-
dinē perspexisti? indica, si hoc totū nosti. Quānā
uia est eò ubi lux habitat? aut tenebrarum ubinā
locus est? ut eas finibus suis cōprehendas, & qui-
bus ad earum domiciliū semitis iri possit teneas?
Sciebāsne futurū ut tum nascereris, & diu atate
degeres? Nūquid in niuis cellas peruenisti, gran-
dinisq; cellas uidisti, quā ego ^{c.} in aduersorū tem-
pus reseruo, in conflictus pugnaq; diem? Vbinam
uia est qua diuiditur lux, Eurū dispergens in ter-
ram? Quis nimbis aditum, quis intonanti fulguri
uiam aperit, pluendo in desertam terram, in qua
nulli sint homines? inculta uastaq; satiando, &
terræ redditū germinando? Habētne patrē plu-
uia? aut quis roris guttas gignit? Cuius ex uētre
prodit glacies? aut cœlestē pruinā quis generat?
aqua ^{d.} lapidea delitescit, undarū superficie con-
stricta. An tu uel e Vergiliarū delicias cohibere,
uel Orionis rigores aperire potes? Nū Luciferū
suo tēpore depromere, & Arcturū cum suis filijs
educere? Num cœli leges nosti, aut eius rationem
exponere potes in terris? Possisne efficere, ut si
ad nubes uocē tollas, f. aquæ copia te operiat? Nū
te mittente ferētur fulgura, & se tibi præstò ex-
hibebunt? Quis in pectoribus sapientiam posuit? Hominis
quis collocauit in præcordijs prudentiam? Quis ingenium.

Nix.
Grando.
c. ad fontes
ulciscēdos.
Nimbus.
Fulgur.
Ros.
Glacies.
d. indurata
gelu.
Sidera.
e. ueris a-
mcenitatē,
quæ fit per
Vergilias.
f. pluatē
Hominis

D V ætheris

ætheris rationem tam sapienter explicauit, & cœli fluxiones quis coercuit, cū densata concrefceret humus, & glebæ coalescerent?

C A P V T X X X I X.

Leona. **N**um tu leonæ prædam uenaberis, & iuuenum leonum appetitum explebis, cum cubant in lustris, manentes in tesquis insidias?

Corui. Quis suam coruo escam suppeditat, eius pullis ad Deum uociferantibus, dum sine pastu uagantur?

Rupicapra An tempus nosti partionis rupicaprarum, aut parturientes ceruas obseruasti? Numerasti earū

Cerue. grauiditatis menses, earūque pariendi tempus nosti? cum procumbentes excludunt foetus suos, suis defungentes doloribus? Gliscunt earum pulli farre crescentes, & digressi non reuertuntur ad eas.

Onager. Quis onagram dimisit liberum, & syluestre asinum quis uinculis soluit? cui ego solitariam domum, cui a salsas assignaui mansiones. Ridet oppidanam turbam, nec agasonis clamores audit. Explorati montes præbent ei pabulum, omnesq; scaturitur uirentes herbas. Num tibi seruire uolet

a. steriles.
Nam salsa terra est terrissima.

Unicornis. unicornis, aut ad tua præsepia manebit? Num tu unicornem subiugio ligabis in sulcis, ut post te liras occet? Tūne ei, qui sit magni roboris, confisdes, aut laborem tuum committes? An credes fore ut tibi fata reserat, & in tuam comportet arcā?

b. Ut struthiocamelus formosior, sic ciconia sapientior est.

Struthio camelus. b Vtrum generosiores sunt alæ struthiocameli, an pens

an penna plumęq; ciconiæ? At ille ad terram sua **Ciconia.**
 relinquit oua, eaq; fouet humi, non cogitans ea
 pedibus conculeatum & à terrestribus bestijs
 comminutum iri; tam durus in suos pullos, quam
 si sui non essent, nihil formidans ne inutilis sit
 suus labor. Nam priuauit eum sapientia Deus,
 nec ei prudentiam impertiuit. Si quando altè se
 tollit, & equum deludit & equitem. Tunc equo **Equus.**
 robur dedisti, aut eius clamosam ceruicem in-
 diuisti? tunc eum ^{c.} ceu locustam commouebis, **c. tanquam**
 cum ^{d.} terror sit eius naribus decorus? Cauat **d. ad formi-**
 scrobem, exultat fortiter, aduersus arma pro- **dabilia fu-**
 dit. Pauenda ridet imperterritus, nec gladio **met gene-**
 cedit, Stridente aduersus eum ^{e.} pharetra, mi- **rose natib.**
 cante hasta atq; lancca, seruens fremensq; ter- **nihil for-**
 ram dissipat, ^{f.} nec id habet pro tubæ sonitu. Ad **midans.**
 tubæ clangorem gestit, & eminus pugnam, stre- **e. sagittis.**
 pitum clamoremq; ducum odoratur. Tuane pru- **f. non me-**
 dentia uolat accipiter, alis austrum petentibus? **tuit tubæ**
 An arbitrato tuo sublime petit aquila, & in al- **sonitū ceu**
 to nidulata, in rupe habitat, & in prærupti **rem terri-**
 scopuli arce degit? Inde pabulum rimatur, oca- **bilem.**
 lis procul intuens, lambendumq; suis pullis san-
 guinē præbet: & ubi sunt cadauera, ibi adest.
 Tum Iobum alloquens Ioua: An qui cum Omnia
 potente contendit, inquit, eum coarguet? qui
 contra Deum, argumentatur, ei contradicet?

At

At Iobus Iouæ respondens: Tam uilis ego, inquit, quid tibi respondeam? meā manū meo ori admo- ueo: semel locutus non contradicā, nec idē amplius iterabo.

CAPVT XL.

ET Ioua Iobum ex turbine alloquens: Accin- gere sane, ut uiro dignum est, inquit, & mihi quæ ex te quæram declarato. Tūne mihi ius meū extorquebis? me condemnabis ut absoluaris ipse? Quod si lacertos habes ut Deus, & uoce tonas ut idē, ornare sanē excelsitate ac sublimitate & maiestatem atq; decus indue? sparge iræ tuæ seuitiā, & omnes aspiciens elatos deprime? aspi- ciens elatos omnes deturba, & impios contunde protinus. Eos^a humi simul obrue, eorum facies in obscurū demerge. Ita fatebor ego tua te posse dex- tera te ipsum tueri. Ecce tibi elephas, quem unā tecum feci, qui foeno boum ritu pascitur, is inq̄a uir- res & robur habet in lateribus, & uentris umbilico. Stringit caudam tanquam cedrum ramosis summæ caudæ neruis. Eius mēbra tibi sunt ænei, ossa uectes ferrei, deniq; is est^b opificij diuini caput, eumq; armis aggredi solus is audeat qui condidit. Nam ei pabulum ferunt montes, luden- tibus ibi cunctis bestijs terrestribus. Sub umbro- sis cubat arboribus, in arundinis latebra ac palus- de, umbra tectus opacarum arborū fluminalibusq; circum-

^a. Interficiē
& rerū na-
tura tolle,
sicut ego.
Elephas.

^b. Dei opus
excellentis-
simū, & soli
Deo supe-
rabile.

circumfusus salicibus: adeoq; flumē sorbet intrepidus, ut se Iordanem faucibus hausturum confidat, tantum abest ut se capi cernat nare laqueis perforata. An balenam hamo trahes, aut eius linguam fune comprimes, Scilicet eius rostro uncum admouebis, & buccā cuspide perforabis? scilicet multis illa tibi supplicabit, aut te molliter alloquetur? Paciscetur credo tecum, ut tu eā in aeternum seruitium abducas. Ludes uidelicet ea quasi auicula, eamq; tuis ligabis puellis: eā socij mercatores concident atq; diuident. Scilicet eius pelle euerriculum, & capite nassam replebis piscatoriam. Consere cum ea manum, d. & memēto tibi ab ea repetendum praelium, adeoq; spes tua fallax erit, ut uel ad eius conspectum consternere. c. finam
Balena.
d. & memēto tibi ab ea
pereundū.

CAPVT XLI.

Nemo tā ferox est ut illam excitet, tantum abest ut mihi resistere quis possit. Quis me officijs anteuertit, ut ei gratiam referā? quod usquam sub coelo est, meum est. Non silebo eius membra, uiriumq; rationem, & compositionis elegantiam. Quis eius summum uestitum patefaciat? quis geminum rostrum subeat? Faciei fores quis aperiat? eius dētibus formidine circumdatis. Superbè clypeata squamis est, arcta compagine conclusis, quæ inter sese commisse ne aure quidē peruia iunctura, adeo aliæ alijs compactim coherent. Iere. 50.

rent, ut sint indissolubiles. Eius sternutatio splendore collucet, oculiq; sunt tanquã aurore lumina. Ex faucibus prodeunt faces, absilentibus tanquã stricturis igneis. Ex naribus prodit fumus tanquã abeni feruētis ac undantis. Flatus ardet carbonibus, manante ex eius ore flāma. Collo tāta uis inest, ut ab ea quæuis difficultas perrū patur. Corporis toros habet immobili soliditate compactos.

a. homines
primarij.

b. non plus
nocent
quã stipu-
la.

Cor & saxo & inferiore mola firmitus. Ea se cōmouente formidant a diui, fractiq; labefactantur. Eius cōgressum nō enses sustinent, non hasta, non missilia, non lorica. Ferrū pro palea, chalybē pro putri ligno ducit. Non eã fugauerint sagittæ, ei uertuntur in stipulã fundarum silices. Pro stipulis habentur catapulta, ridetq; uibratã lanceam. Sub ea sunt aculeati murices, prostermit in limum scopulos. Feruefacit ollæ ritu gurgites, utens mari pro mortario. Post se relinquit lucidum uestigiũ, ut pelagici cacos putes esse. Ei nihil par est in terris, facta est impauida. Altissima quæque despicit, ea regina est in omne genus ferarum.

CAPVT XLII.

a. te prudenter orbem regere negat.

Hic Iouæ respondens Iobus: Scio te omnia posse, inquit, et esse tuos conatus ineluctabiles. Qui a prouidentiam tollit, imperitus est: itaq; quæ ego exposui, non intelligebam: & maiora sunt quã pro meo captu miracula. Audi quæso quæ ego dicam,

eam, & mihi quæ ex te sciscitabor exponito. De te aurium auditione acceperam, sed nunc hisce oculis te uideo. Itaque mihi displiceo, meque humi in puluere poenitet. Postquam huiusmodi uerbis Iobum affatus est Ioua, Eliphaz Themanita sic alloquitur: Irascor tibi tuisque duobus amicis, quoniam de me non recte locuti estis, sicut meus Iobus. Quamobrem sumite septem tauros, & totidem arietes, & Iobum meum adite, ac sacrificium pro uobis facite, & Iobus meus pro uobis orabit, & ego in eius gratiam non agam uobiscum ut uestra mereatur insania, qui non recte de me locuti sitis sicut meus Iobus. Igitur iuerunt Eliphaz Themanita, Baldadus Subita, & Sophar Naamathita, & Iouæ mandatum executi sunt. Et Ioua Iobo pro amicis supplicanti exoratus, ab eo calamitatem depulit, pro suis amicis deprecato, eisque omnia quæ habuerat conduplicauit. Atque ad eum uenerunt omnes eius cognati & cognatae & antea noti, & cum eo in eius domo epulati sunt, eiusque uicem dolentes, cum super tot malis, quæ ei Deus inuexerat, consolati sunt, eisque singulas quesitas, singulasque aureas armillas donarunt. Ioua autem Iobum postea fortunatiorem fecit quam fuerat antea, ita ut habuerit quatuordecim balantum millia, camelorum sex millia, mille bouum iuga, & mille asinas. Habuit & septem filios & tres filias.

filiis, quarum unam Iemimam nominauit, alteram
 Cassiam, tertiam Querenappucam, quibus Iobi
 filiabus pulchritudine pares nullae in orbe extas-
 bant. Iis pater hereditatē tribuit inter ipsarum
 germanos. Vixit autem Iobus postea annos
 centum quadraginta, uiditq; suos natos
 & nepotes ad quartum genus,
 atque ita senex Iobus &
 plena aetate mor-
 tuus est.

F I N I S.

ANNOTATIONES IN IOBVM.



VI hanc Iobi narrationem
 et disputationē fictam esse pu-
 tant, id mihi nulla ratione fa-
 cere uidetur, nihil enim potest
 esse in uera historia, quod non
 sit in hac: ut qui hanc neget, oēs negare possit.
 Quod si putant hoc absurdum esse, quod in hoc
 libro Deus cum homine colloquitur: cogitent,
 & cum

Et cum multis alijs olim collocutū, cum Noa, Abra- De Io-
hamo, & ceteris. Nisi fortè hoc obijcient, illos ex bi li-
delecto diuinitūs hominum genere fuisse, Iobū uerò bro,
Idumæum: quasi uerò ullum sit hominū genus, quod
Deus reiecerit: aut quasi non omnes rectè uiuentes
amet, sicuti cōtrā omnes iniuste uiuentes odit, cu-
iuscūq; sint nationis. Atq; hæc sunt rationes quibus
refellantur illi, si fortè parum mouetur Ezechielis
& Iacobi autoritate: qui profectò nunquam de Iobo
tam honorificam mentionē fecissent, si res fabulosa
foret. Sed quo tempore uixerit Iobus, incertum est.
Vixisse quidem multo tēpore post Mosē, perspicuū
fit ex cap. 15. ubi tāquam de re iam olim facta, mētio
fit Israelitarum adductorū in Chananaam. Itē ex
cap. 32. ubi dicitur Deus homini olim declarasse,
sapientiā esse metum Domini: quæ profectò senten-
tia ex Deut. 4. aut ex Psal. 111. sumpta est. sicut &
in cap. 12. est hæc sententia, Aspergit contēptu pri-
mates, ex Psal. 107. penè tota ad uerbum translata
nisi si fortè dicēt, non eam ex Psalmo translata,
sed cōtrā: quod ut dubiū relinquatur, illud certè quod
antè dixi, dubitari non poterit, longè post Mosē
fuisse Iobum. Disputationis autem argumentum est
hoc: Amici affirmant Iobum improbum fuisse, qui in
eam inciderit calamitatem: Deum enim nullos, nisi
malos, malo afficere, Iobus cōtrā pugnat, etiā bo-

E nos

nos à Deo malis affici: ut se, q̄ fuerit innocēs. Cūq̄ dicant amici, uisum quidē esse innocentē, sed innocentiam illam nō fuisse ueram: idq̄ ex euentu iudicare, quippe cū peccati det p̄enas, miserā enim esse peccati supplicium. ostendit Iobus, etiā improbis bene esse, idq̄ re ipsa apparere. Quod cum sit, non esse absurdus, dicere, aliquē bonum esse in malis, quā aliquē malum esse in bonis. At Deus cōtrouersiae iudex, primū Iobum reprehendit, qui sibi à Deo iniuriam fieri queratur, quòd causam non uideat, cur tanto malo afficiatur: ostēditq̄ Deus, sua opera esse tam ardua, ut homines quicquid à Deo fiat, debeant fateri non sine causa aut ratione fieri: quòd si causam ignorent, debeant id ignorantiae suae tribuere, non Deum iniusticiae accusare. Quasi hoc dicat: Quamuis infonti tibi calamitatē inflixerim, debes tamen de me, qui tantus sum, tā praeclare sentire, ut aliquam iustā, sed tibi ignotā causam esse putes, cur ego mundi arbiter & cōditor ita tecum agam. Causam autē non addit, cur id fecerit: uult enim uoluntatē suam pro ratione haberi, quod in homine iniquū (q̄ppe qui & errare, & iniuste agere possit) in Deo est equis. nū. Atq̄ illa causa nobis patet ex initio libri: id enim fecit, ut Iobi probitatem experiretur, idq̄ instigante Satane. Neq̄ uerò in hac cōtentioe uictus est à Satane Ioua, nam Ioua cōtendebat, Iobū
in in-

in integritate sua permansurum: Satan autē affirmabat, Iobum ideo probum esse, quòd eius res essent prosperæ: quòd si incalamitatem incideret, fore ut probitas illa adeò nulla foret, ut etiam Deū, impiorū ritu, detestaretur: id quod factum non est, nā Iobus integer permansit, nec ita rebus aduersis mutatus est, ut improbos imitari uellet. Et tamē in eo reprehendendus erat, quòd sibi à Deo iniuriā fieri dicebat. Verūm id uitiū nō improbitatis est, sed ignorantia. Cū enim pugnaret eius amici, omnē calamitatē esse peccatorū pœnas, & Iobus sibi sceleris cōsciū nō esset, putabat se à Deo iniuria affici. Ergo De⁹ illū Iobi errorē uerbis castigat, ut dictū est, nō punit. Amicos autē Iobi grauius arguit, qui de Deo nō tā rectē locuti essēt, quā Iobus. Nā in eo quod affirmabat Iob⁹, etiā in fontib⁹ mala à Deo importari, rectē dicebat: q̄ cū negarēt illi, nō uerē de Deo loquebant. Adde quòd Iob⁹ uidebat de Dei iustitia nō esse ex hac uita iudicandū, sed ex futura, in qua & bonis bene, & malis erit malē: id quod ex ca. 19. intelligi potest, in quo de resurrectione loquit. Itaq; Iobū rectē locutū esse, docet Ioua: nec illas, uitiosas quidē, sed doloris magnitudine expressas impatiētiae uoces, puniēdas putat.

EX CAP. III.

Eā execrentur, qui detestantur dies, Le- Leuia-
 uiathanē excire conantes.) Leuiathan balæna than.
 est, Iob. 40. et Psal. 104. Quoniam autem balæna

est omnium animalium maximum, poni uideatur pro
 furiarum & dæmonū maximo, Esa. 27. & 4. Esd. 6.
 quemadmodum dracones & cete pro Aegyptijs, &
 Leuiathan siue balæna pro Pharaone dicitur. Psal.
 74. Est igitur hæc Iobi sententia: Eam noctem exē-
 cratur, qui dies aliqua calamitate infames detestā-
 tur, atrosq; & nefarios statuit, ut Romani Alliē-
 sem & Cannensem, qui quidem conantur excitare
 Leuiathanē: hoc est, diras cient, diris utentes de-
 precationibus: quod fit in rebus tristibus & atrocibus.

EX CAP. V.

Vociferare sanē, si quis, & c.) Inuoca Deū.
 & siquidē sanctus es, exaudiet te, & isto malo libe-
 rabit. Nā si sanctos uiros consideres, eorū conditio
 talis est, ut eos semper defendat Deus, Quod si nō
 exaudit te Deus, sed perimit, appareret te improbū e-
 se: nam non nisi improbos perlit Deus. Atq; hoc est
 totū huius capitis argumentū, quod duobus primis
 uersibus breuiter cōprehensum, deinceps tractatur
 explicatius. Potest autē hoc pacto informari: Qui
 pijs & sancti sunt, eos contra mala defendit Deus:
 te autem non defendit, ergo pius non es. Item, Qui
 Dei seueritate necantur, stulti sunt: atqui tu Dei
 seueritate necaris, ergo stultus es.

EX CAP. VI.

Vtinam mea impatiētia, & c.) Videor uo-
 bis

bis immoderatus dolorē ferre: sed si doloris magni-
 tudo, quo premor, cum meis querelis conferatur, in-
 uenietur dolor tanto grauior mea querimonia, ut id
 uerbis exprimere nequeā. Nā Deus me premit acer-
 rime, id quod hinc intelligere sic licet. Cum rudit
 onager, profectō intelligitur eū pabulo carere: quod
 idē de boue dico. nec enim sunt ei smodi animalia,
 ut sine causa cōquerantur. Itidē cū ego nūc conque-
 rar, ne putate id facere me sine magno malo. Fræ-
 terea cum uideatis me optare mortē debetis existi-
 mare magnā aliquā esse causam, quæ efficiat, ut tā
 acerbæ res (qualis est mors) mihi placeat. Nā si in-
 subidi cibi, quale est a' bŭ oui, quāuis cibi sint, tamen
 sine sale nō placent: quanto minus palato sapiūt, qui
 natura sunt amari? Quod si uideatis aliquē amari
 cibi cupidum esse profectō iudicetis aliquid esse cau-
 sæ, quæ cibi acerbitatē quodā quasi sale leniat atq;
 condiat. Atqui ego mortem expeto, qua tristius nil
 uideretur esse, & quā antea reformidabā: & ita ex-
 peto, ut solent cibos expetere qui esuriunt. Quod
 cum ita sit, non dubiū est, quin tātus sit dolor meus,
 ut eo mortis acerbitas superetur, & quasi quodam
 sale cōdita, dulcis esse uideatur. Quod si sciret in
 me interficiendo Deus, hoc mihi esset gratissimū:
 tantūq; abest ut Augusti, hoc est Dei, uerba respuā
 ac reformidem, ut cupiam eum in me nō uerbis, sed

E in uer,

ur pro
 Esd. 6.
 rjs, &
 . Psal.
 m exe-
 etest a-
 Allie.
 ecitare
 tes de
 rocib.

t Deū.
 o libe-
 nditio
 d si nō
 robū ej
 hoc est
 primis
 ctatur
 i: Qui
 Deus:
 , Qui
 tu Dei

or uo-
 bis

uerberibus & letho desæuire. Quod autem inter-
 pretatus sum, Mihi pro uictu satis esset: legi-
 tur ויכרתי pro יכרתי, alioquin insipida esset sententia.
 Neq; uerò est (inquit Iobus) quòd me putetis cum
 mortem oro, nimis esse mollè & imbecillum: nò hoc
 imbecillitati meæ, sed grauitati doloris est adscri-
 bēdū: quo premor ita, ut quāuis quod in me est, faciā,
 tamē cogar succumbere. Itaq; nò mirum esset, si in
 tanto malo parum religiosus essem: cum idē facere
 soleant, qui magno aliquo malo torquētur, quāuis eis
 adsint & subueniant amici, uincēte uidelicet dolore
 patiētiā. At mihi ne hoc quidē adest, ut me amici
 consolētur: nam uos, qui mihi fratres estis & amici
 nò me leuatis, sed fallitis: perinde ac si quis torrens
 glacie infuscetur ac tegatur, deinde operiatur niue,
 quæ nix efficiat, ut minus densa glacie incrustetur,
 ita ut uel leui calore dissolui possit, et pristinū tener-
 cursum. Nā ad eū torrentē si ueniant uiatores, &
 glaciē tangāt (ut fieri solet) ac baculis aut pedibus
 tentēt, inueniēt fragiliore, quā ut eos ferre possit.
 Itaq; frustra uenerint, id quod eos pessimè habebit (id
 est enim quod dicit Pereūt) nec poterūt transire quò
 tendebāt, uidelicet ad Themā, aut quòuis aliò. Ut igitur
 illos torrens, sic me uos fallitis: nec estis ueri
 amici, qui uiso meo malo, metuitis, & estis incōstātes.
 Atq; nò est quod metuatis: nihil enī à uobis postulo.

Vos-

Vos ne arguendi causa.) Quod me excogitatis uerbis reprehenditis, id plus est quam reprehensio: nec ista nefaria & iniusta uerba abeunt inuentum, hoc est, non sunt inania aut innoxia, sed me pupillum, hoc est hominem destitutum ac miserum, premunt atque labefactant. Quasi hoc dicat: Quod contra me disputatis, id non arguendi, sed laedendi mei gratia facitis, aut certe in eo faciendo me laeditis.

EX CAP. XIII.

Cumque labefacti cadant montes, &c.) Nihil est quod temporis spacio fieri nequeat, cadere montes, transmoueri rupes, etc. at homo nihil melius ullo aeuo post hanc uitam sperare potest, si quidem nunquam reuicturus est. Neque uero hoc dicit, quasi nullam speret resurrectionem Iobus: nam ca. 19. aperte demonstrat, se eam sperare. Sed hic ex aduersariorum sententia disputat, & eos ita refellit: Si haec duntaxat uita spectatur (ut eam uestra spectant disputationes, in quibus nulla habetur futurae uitae ratio) profecto nihil est homine miserius, qui non solum sit in hac uita calamitosus, uerum etiam omni spe in posterum careat.

EX CAP. XVII.

Depone sane, fac mecum sponsonem, &c.) Deum alloquitur. Si sponsonem certam sit, utrum tu mihi facias iniuriam, nec ne: ego uincam, si modo habeam idoneos sponsores, qui mihi manum dent, hoc est, pro te,

E iij absen-

absente spondeant. Sed ubi tales sponsores inueniam, hosne meos amicos tu sponsores dabis? Non opinor: nam tu eorum metibus ingenium detraxisti: hoc est, nihil habent ingenij, stupidi sunt, & ignari rerum: ideoque ad hanc sponsonem parum idonei, si mihi licet liberè & citra assentationem loqui. Dicit autè Deum eis ingenium detraxisse, pro non dedisse: sicut cap. 39. dicitur Deus struthiocamelum priuauisse sapientia, hoc est, sapientiam ei non impertiuisse: ut ibidem geminata sententia patet.

E X C A P, XXI,

An mihi cū hominibus disputatio est? & c.) Vos, cum quibus ego disputo, indigni estis, qui homines appellemini. Nam si uerè homines, hoc est, si cordati & prudètes essetis, esset oratio mea breuior, hoc est assentiremini meæ orationi, quæ uera sit. Ita fieret, ut uobis nihil cōtradicētibz, ego iam dudum tacerē, neque tam multa uerba in uobis refellendis facerē. Homines autè dicit, pro uerè hominibus (sunt enim quidā uocabulo tantū homines) sicut Solomo Prouerb. 28. & idē Prouer. 16. reges uocat, bonos reges: & Eccl. 7. uirū & fœminā eodē modo. Tale est quod dicimus latinā orationē, pro elegāti. Si non habent in manu suum bonum, me præterit impiorū consiliū.) Omnia bonū appetunt, & ad id suas actiones dirigunt. Quod se est

est, impij quæ faciunt, boni cōsequēdi causa faciunt. Atqui si uiderent se nihil boni consequi, nihil posset, esse stupidius eis, qui scientes frustra agerent quæ agunt. Itaq; ego non uideo quo consilio ita uiuāt, nisi quod uident, se ita uiuēdo potiri bonis: neq; enim sine causa faciunt, quæ faciunt. Proinde necesse est ut fateamini, improbos esse in hac uita fœlices.

EX CAP. XXIII.

Cur ab Omnipotente nō sunt, etc.) Dei tempora & dies uocat ea, quæ quoq; tempore & die facit Deus, & loquitur in hanc sententiam: Impij & in uita fortunati sunt, & in morte non diu torquentur: quod dum uident pij (est enim manifestius, quàm ut negari possit) torquentur, ut habetur Psalm. 75. Itaq; præstitisse (ut uidetur) hæc latere pios.

Celeres sunt in humore.) Similes sunt stirpibus in humore & uligine crescentibus, quæ citò pereunt, ut iuncus: neq; spectant uinearum naturā, hoc est, non sunt uitis similes, quæ etiam sine uligine uiuit in arido loco. Atq; hoc dico fœlicitatis esse, citò mori, non diu languere, ut solent boni. Impij cito pereunt, ut niualis aqua æstu absumitur: & ita pereunt: ut eos obliuiscatur uterus, hoc est, ut fiant perinde ac si nunquam ex utero prodijissent, & natæ fuissent. id quod eis suaue est extinguui postquā fœlitter uixerunt, & se maleficijs oblectarunt corrū-

E V pendo

pēdo scetus in utero stupratarū à se mu'ierū, ne flagitiū patēret, & uiduis malefaciēdo (adulteros notat, & uiolentos) & in homines quamuis generosos grassando, cædendo, prodēdo, insidiando. Postquam aliquandiu ita uiguerunt, non dant pœnas, sed moriuntur ut omnes, & citò pereunt. Atq; hæc sunt apertiora, quàm ut possint refelli.

EX CAP. XXVII.

Quid enim sperandum erit simulatori, &c.) si simulator & impurus essem, periisset mihi spes unā cum re: nec enim exaudiret me Deus inuocantem. Nunc religiosus sum, & ideo meliora spero. Hoc enim differt inter probos & improbos, quòd improbi tandē funditūs intereunt, nec eis spes ulla superest: at probis superest. Hanc spem uos non spectatis, in quo estis sanè futiles, qui tamen uultis oracula dicere uideri. Hoc enim etiam atq; etiam urgetis, me, nisi improbus fuisset, non fuisse futurum in malis: ego dico etiam probos affligi, & quidem sæpe grauius quàm impios, sed spe nō destitui.

EX CAP. XXVIII.

Est autē ea spes in ea religione (ut dixi) posita, quæ religio est uera sapientia, omnium quæ expetuntur rerum preciosissima, & maximè expetēda. Sed ea quærenda non est, ubi quæeruntur quæ solent à mortalibus expeti, qui summo labore & diligentia gemmas

gemmas & aurum rimantur penitus in uisceribus terræ. Sapiëntia in suo cuiq; animo quærëda est. Hoc est totius capituli argumētū, quod si clarè uis intelligere, lege Plin. lib. 33. cap. 4. nihil erit quod ad huius loci declarationē requiras. Nos tamen paucis exponemus. Inueniunt (inquit) homines metalla, argentum, aurum, ferrum ex humo erutū, & ex lapide æs. Hoc Plinius docet lib. 34 cap. 1. Tenebris imponitur finis, penetrant sub terras, ubi tenebræ sunt, eoque lumē inferunt, et ad lucernarū lumina abditas in tenebris perscrutātur gēmas. Deriuātur ex peregrino solo flumina, scilicet ad irrigandam egestā terrā, in qua aurū quæritur: quæ flumina uocāt corrugos, à corriuādo. Et ignorata pedib⁹ & quæ caruerant hoībus uagātur, scilicet flumina: hoc est, aqua quæ sub terris fluebat, quam nulli accolebāt homines, elicitur hominū labore, & docetur alium tenere cursum: ut est in Plin. 33. cap. 6. Tellus quasi igne euertitur. Agunt per magna spac̄a cuniculos, & terram subeunt, nō secus ac ignis facit, ut in Aetna & Vesuuiō. Quin etiā occursantes sub terra silices, igni rūpūt & acetō, dū illic gēmas & aurū quærūt hoīes: quò nunquā ullæ, quātūuis agrestes, aut feræ, penetrauerāt bestia, sed ne aspexerant quidem perspicacissime. Ex lachryma perscrutātur fluuios.) Vbi
rupes

rupes lachrymare uident, eas excuant, ad corrugos eliciendos.

EX CAP. XXIX.

Qualis eram mei ueris tēpore.) Hyemis, in Hebræo legitur. Sed cum diuidant Hebræi annū in hyemē & æstatē, fit ut ueris pars prior hyemi tribuatur, sicut posterior æstati, ut est Matth. 24. Est enim ueris initiū, finis hyemis. Eū autē de uere suo, hoc est, de adolescētia loqui, patet ex tota sentētia.

EX CAP. XXX.

Cui nullus subueniat.) וְיִשְׁׁרָאֵל sicut Gene. 9. positum est pro וְיִשְׁׁרָאֵל interposita litera ו: sicut Ose. 12 in וְיִשְׁׁרָאֵל literā ו interiectā docuimus. Alioquin frigeret sententia.

EX CAP. XXXI.

Mea quidē cupiditas est.) וְיִשְׁׁרָאֵל pro וְיִשְׁׁרָאֵל contracto uocabulo positum est, sicut Esa. 43 וְיִשְׁׁרָאֵל pro וְיִשְׁׁרָאֵל. Hoc enim cogit fateri sentētia, quæ alioqui inepta est. Adde quòd uertit uet^r interpretes, Desideriū

EX CAP. XXXIII.

Si maior est homine Deus.) Ineptē facis, qui uelis disputare cum Deo, tanquam sis ei par. Est enim hoc eorum qui inter se æquales sunt, inter sese disputare, & inuicē rationes audire. Sed Deus tanto est homine maior, ut indignū sit eum homini reddere omnium rationē quæ faciat. Nam rationē reddere uis est, de cuius facto rectū nec'ne sit, dubitari potest.

ANNOTATIONES.

97

test Deus is est, de quo dicendū sit, Ipse dixit: estq; eius autoritas pro ratione habenda. Itaq; semel quod pronunciauit, non iterat. Interim homines per somnia monet, & eorum pœnam cōcludit: hoc est, ostēdit non esse disputandum, cur ita malis afficiantur, sed pœnam esse certam atq; fixam, & eius autoris, à quo nō sit exigenda ratio. Quod dum facit, detrahit homini facta: hoc est, ostendit eum nocentē esse, & ea fecisse ac peccasse, propter quæ non sit superbiendū, sed oranda uenia. Ita fit, ut homo Dei magnitudinem animaduertens, sese submittat, atq; ita ueniam salutemq; obtineat. Vide eadē penē cap. 36.

EX CAP. XXXIII.

Fieri ne potest, ut qui, & c.) Quod interpretor, Recte curat, quæ agit: id uerbum in Hebræo significat uulnus fascijs inuoluere, & mederi. Et quæ medici est, morbos non solū abigere, sed etiā arcere: fit, ut id uerbum ad alia translātū, significet nō solū mederi præsentī malo, sed etiā ita aliquid agere, ut malū absit, bonūq; adsit: quod Græcè uno uerbo dici potest κατὰ τὸ δύν. Est autē hic sensus: Si iniustus esset Deus, nō posset quæ curat & facit, recte facere. Nec enim dici hoc potest, eum peccare metu. Sic hoc hominū propriū, ut potentiorū metu delinquāt: Deo adeo nullus est potentior, ut etiā reges pro nihilo ducat. Atqui mundū recte administrat: est ergo iustus.

In quas

In quas quidem suum lumen explicans, maris radices tegit.) Cum nubilum est coelum, lux excepta latè nubibus, & impedita, non potest in inferiora penetrare. Ita maris radices teguntur: hoc est, lux impeditur nubium tegumento, quo minus in maris fundum penetret: sic enim appellat radices, imam partem. Per nubes autè Deus & populos ulciscitur, dum sat a nimio aut intempestiuo imbre corrumpit: & uictum copiosè largitur, dum modicè & tempestiuè pluendo fruges alit. Lucem palmis tegit, hoc est nubibus, quæ sunt quasi Dei palmæ sedētis in æthere: Curat quæ ut luci occurratur. hoc est, ut eam impediāt nubes: quas dum luci nūciat Deus, hoc est, excitat aduersus lucem, irascitur lux aduersus ascendentes nubes, quæ sibi obstant. Vide cap. 38. de mari.

EX CAP. XXXVIII.

Et ab ea disijciantur impij, &c. Adulteri, fures, latrones, proditores, & ceteri quos hic uocat impios, noctu suis flagitijs inuigilant: ijdem adueniente die, lucifugi diffugiunt: & mutato tāquam rubricæ sigillo, hoc est discussa nocte, quæ eos tegit ac concludit, sicuti rubricæ aut cuius rei sigillum, operit ea quæ eo signata sunt, fiunt uectis similes, sese contrahunt, & quasi uestes,

uestes, complicant, ac in latebras conijciunt. & sua
 luce priuantur impij: quemadmodum cap. 24.
 dixit lobus, impijs matutinum esse pro tetra nocte:
 quod ut cæteri homines manè ad opus prodeunt, sic
 illi tum sese recipiunt: ita hic Deus impiorum lucem
 appellat noctem, quod noctu agant, & noctuarum
 ritu diem pro nocte, & noctem pro die habeant.
 Sublimes etiam lacerti franguntur: impij ortu lu-
 ce vires amittunt, & audaciam, & sese pauidi re-
 cipiunt, qui alioquin noctu sunt feroces.

EX CAP. XL.

Ramosis summæ caudæ neruis.) Caudam
 hic appellat promuscidem ורד autem est summa cau-
 dæ pars, adhærens spinæ dorſi, quæ à pauore ideo
 uocatur, quod bestia dum metuunt, solent eam cõtra-
 here. Atque eodem modo Græcè uocatur ὄσγός: unde ὄσγός
 fit ὄσγος εἶν, reformidare. Deum autem de cauda hinc
 loqui, patet ex eo, quod antè cõparauit caudam cedro:
 quam sententiã cum ut solet, iterare uellet, iam non ce-
 drum uocat, sed (quod proximũ est) ramosos neruos.

EX CAP. LXI.

Adeo etiam spes tua sit fallax.) In Hebræo est,
 Spes eius. Sed cum prius usus esset secunda persona
 pro quauis, nempe, Conſere cum ea manum, pro, si
 quis cum ea cõgrediatur: uolui obscuritatẽ euitare,
 quæ fuisset in tertia persona. Est autem hic sensus:
 Frustra

IN IOB. ANNOTATIO.

Frustra speres eam posse uinci: ne aspectū quidem
ferre possis.

Habuit & septem filios, & tres filias.)

Atqui paulo antè dicitur Deus ei omnia condupli-
casse: quod cum fiat in pecore, in liberis non fit. ha-
buerat enim totidem, Sed hic intelligendū est latē-

**Resur-
rectio.** re mysterium resurrectionis. Nam cum pecora Io-
bo perisset, liberi hac uita defuncti nō perie-
rāt: uiuūt enim oēs Deo. Quòd si ei duplex
liberūm numerus redditus fuisset, ha-

buisset triplicem numerū. Hanc

rem me docuit Italus

quidam.

E I N I S.


igke
et.
en.
ce
27
Bes
gers
eit.
me
nes

153777

X 2203849

M. 145.
VD17





Red label on the spine, likely containing a library or collection number.

171
172
173



